



Archivo del Colegio de la Compañía de Granada

117

Caja C-45 (3)




2 hoj. + 71 fol. (Con 7 hoj. al princ. y 6  
al fin en bl.)


19 Mayo - 1912
















































Composito d. P. Petrus de Montenegro.

Illustriſſimus Cardinalis Bellarminus, ſex ferme  
meſes ante obitum ſuum, cum apud nos in Peniten-  
taria Sancti Petri per dies aliquot diverſaretur, legit  
ſumme tractatum diligenter, & q̄ eo ſapientius et plurius  
audientibus ita teſtatus eſt. —

Primo, ſententiam qua in illo precipue defenditur, ſuam  
quoq; ſemper fuiſſe: nempe, quod à Sancta Eccleſia,  
in eodem gradu certitudinis deberet collocari in macu-  
lata conceptio, in quo jam eſt aſumptio et Nativitas  
eiudem S. Virginiſ, et aliq; canonizationes Sanc-  
torum. Et hoc deberet tantum ab autoribus in macu-  
lata intendi, urgeri, et poſtulari ab Apoſtolica  
ſede. —

Secundo, tractatum ipſum totum, maxime ſibi placuiſſe.  
ob id ſapientius a ſe magna cum voluptate lectitatum,  
niſi q̄ in eo argumento et controverſia a ſelectum eſſe,  
quod ſibi magis probaretur. —

Hoc, ut dictum eſt, ſapientius eſt a teſtatus et audi-  
vimus. Nos.

Joanes Perſinits. Penitentiaris Belgicę Societas.  
Venantius Ven<sup>us</sup> Penit.<sup>us</sup> Italus. Societ. Jeſu.  
Udoardus Bentſens. Anglus. Societas. Jeſu.  
Stephanus Joagnatig. Penit. Societas. Jeſu. apud S. P.  
Joannes de Nigais. Penit.<sup>us</sup> pro lingua illirica. Societ.  
Jeſu.







# TRACTATUS

VTRVM SILICEI,

Possit ab Ecclesia de  
finiri, preservatio  
Beatæ virginis  
ab originali.

Per admodum R. P. Sopran. societa  
tis Jesu in Penitentiaria. S.  
Petri de Roma





TRACTATUS

VTRVM SILICET

potest ab ecclesia de  
sua iurisdictione  
separari  
et ad originalem  
separari

Per admodum R. P. separari potest  
et non in iurisdictione  
separari de Roma

Am

1

An possit ab Ecclesia definiti  
preservatio Beatae Virginis  
ab originali.

Disputatio.

An B. Virgo concepta fuerit sine peccato. Vetus  
est et satis agitata questio. An autem possit  
id ab Ecclesia in alterutram partem definiti  
conversaria est non ita pridem exorta. nunc  
autem maxime inter Theologos agitari coepta  
per occasionem postulationum quae cotius  
Hispaniae nomine. S. M. D. N. a Philippo Re  
ge Maximo oblatae sunt. In quibus consen  
tissimis precibus efflagitatur huic tandem  
controversiae finem imponi sententia de  
Preservatione ut posthac ab omnibus tenen  
da confirmata. Nos igitur hanc ad  
controversiam hoc loco brevitex exponemus ex  
prioni illa questione ea tantum attingentes  
quae ad hanc faciunt explicandam. Ut autem  
sententia quae verissima est et affirmat posse  
definiti de lucide confirmetur et exponatur à





concordia explicanda exordiemur

Sententia eorum qui negant hoc posse  
definiri et summas argumentorum ca-  
pita quibus nititur.

Caput Primum.

Qui negant posse ab Ecclesia definiri Passiones  
tionem B. Virginis ab originali varijs ratio-  
nibus utuntur quae omnes hoc uno funda-  
mento nituntur, quod est, illi ea deesse, quae  
ut aliqua controversia de fide ab Ecclesia  
decidatur, requiruntur. Haec autem in om-  
nium sententia tria sunt. 1<sup>mo</sup> ut questio  
decidenda ad fidem, et pietatem spectet.  
2<sup>mo</sup> ut sit res dubia, et nondum in Ecclesia  
ullam in partem certam, et exploratam. 3<sup>mo</sup>  
ut sit sufficiens fundamentum in verbo Dei  
scripto, aut tradito ad illam definiendam.  
quae omnia cum desint in presenti questio-  
ne contendunt non posse ab Ecclesia definiri. In  
qua sententia sunt Caietanus de Conceptu c. 1.  
et 2.º Cano. lib. 7. de locis c. 3. concl. 4. Medin.



3. p. 7. n. 1. d. 1. 2. Et alij recentiores;  
 omnes ex Dominicana familia. Ita tamen ut  
 Caiet<sup>s</sup> et Cano. simpliciter negare uideantur posse  
 hanc questionem in alterutram partem definiti  
 Medina uero et recentiores contendant, uel con-  
 trouersiam non posse terminari uel tantum pro  
 ea parte posse quæ negat præseruatam

\* Cayetano thoma  
 de concept<sup>o</sup> c. 5.  
 infine. n. 60. pe  
 tit ad Leonē. x. defi  
 nitio<sup>em</sup> p. 113. q. 1.

Opposita sententia qua affirmat et  
 præcipue rationes quibus eius Aucto-  
 res ad id adducuntur.

Cap. ii.

Opposita sententia saltem a tempore Sixti 4.<sup>ti</sup>  
 comunis ferme est totius christiani orbis etiam  
 ex confessione Aduersariorum. Demptis enim  
 Religiosis ex Dominicana familia ipsque  
 non omnibus. cum plurimi in illa fuerint  
 et adhuc sint nobiscum sentientes, nullus  
 ferme est qui non existimet posse hanc  
 sententiam definiti et ut quamprimum defi-  
 niatur summopere non exoptet. Catalogum  
 hic singulorum Auctorum atroxere superse







usum latine lingue, ex modo loquendi scripturam, et ex iure Canonico et civili. Latinis enim non aliter ea particula usurpatur quam in eum sensum quem dixi, quis enim de eo quod non potest fieri dicat nondum factum esse? quis dicat lapidem nondum locutum bouem nondum volasse scriptam nondum peperisse? at de bimestri puero dicimus, nondum locutum quia potest et debet loqui et suo tempore est locuturus, de implumi pullo nondum volare de gravida nondum peperisse. Sic Cicero alicubi, nondum plane constitui, id est non constitui, potui tamen, et volo constituere et alicubi, Nondum ad eius statem perfecta fuit laus eloquentiae, id est non erat tunc red poterat esse, et postea fuit. Venio ad scripuras et contentus ero uno aut altero exemplo in re clarissima. Spiritus nondum erat datus, quia Christus nondum fuerat glorificatus. id est Christus non erat glorificatus qui tamen poterat, et debebat, et erat



glorificandus et alibi, mulier nondum uenit  
hora mea. id est non uenit sed potest uenire  
et ueniet. In iure uero canonico et ciuili ni  
hil frequentius ff de condit. l. pater seu ueniam  
Puella nondum uiri potens diem suum obiit  
id est matura uero non erat sed poterat esse  
et erat futura si uita suppetisset. plura  
non addo quando hec fortasse nimium  
multa sunt in re competissima. ergo  
cum Pontifex dixit. Nondum decisum (pri-  
mionem de conceptione B. Virginis in peccato  
~~factam esse) intelligit decidit potest. nisi uel~~  
mus ipsum uocabiliis ab usum aliens intell.  
gentis illuisse ut in alium sensum usurpan-  
do uerba quam debeant nos potius deciperet  
quam intrueret. <sup>m</sup> quod hinc colligitur est.  
ut hoc definitur non opus esse Concilio ullo.  
sed potest et debere a solo ipso Pontifice de-  
cidi, non enim dixit, nondum est ab Ecclē-  
sia et Concilio, sed nondum ab Ecclesia  
Romana et apostolica sede decisum. Ecclesia



autem Romana et apostolica sedes Ponti-  
 fex ipse Romanus intelligitur. Miror ergo  
 quinquam negare ausum aut etiam audere  
 pone hanc questionem definiti, aut non  
 pone opinionem de maculata conceptione  
 damnari cum tam clare et aperte summus  
 Pontifex utranque pone pronuntiet. Atque  
 hoc ex Cone. Tridentino confirmatur a quo cum  
 per omnia approbatur constitutio fixi & h.  
 hoc etiam approbatur censendum est quod  
 ipse Pontifex tam clare restatur definitio-  
 nem questionis huius pone fieri aut esse  
 faciendam. Denique ex Pio V. id ipsum  
 constat qui in sua constitutione permittit  
 in scholis inter viros doctos de hac questio-  
 ne in utranque partem disputari. quandiu  
inquit per apostolicam Sedem altera pars  
definita non fuerit oppositaque sententia  
condemnata. ex quo modo loquendi clare  
 etiam id colligitur nam clausula quandiu  
non fuerit conditionem notat oppositam ex



Barthol. Baldo in l. p<sup>o</sup> in princ. C. de leg. quis  
autem apponat conditionem de re impoſibili  
niſi ſuadere uelit et per poeticas circumlocu-  
tiones rethoricas: quoruſum enim a queſtio  
non potest deſiniri: adde ret, quandiu non  
fuerit deſinita: niſi uelimus Pontificem  
poetico colore uſum in ac ſena negas  
egine: ut perinde ſit quandiu non fuerit  
deſinita: ac quandiu Tibis in ſuum ca-  
put non reſlectatur. Uerque ergo Pontifex  
hoc uoluit: nihil eſſe decium, poſſe tamen  
et expedire decidi, et hoc eſt p<sup>o</sup> argumentum  
ab auctoritate

C<sup>m</sup> est a ratione: nam nihil eſt eorum que  
ut aliquid deſiniri poſſit requiruntur quod  
in re preſenti deſiciat: nullaque ratio ua-  
lida in contrarium afferri poſſet: ergo,  
ne quid grauius dicam, abſurde, et incon-  
ſulte negatur poſſe deſiniri. Argumentum  
hoc ſimpliciter proſiſitum multiplex eſt  
et plura complectitur, que ut diſtucidi



uis eius et nobis appareat sunt nobis separati proponenda et confirmanda. Una autem eademque opera illorum rationes refellere est nostram sententiam confirmare: quod ut deinceps exequamur prius exponemus quae sint ista requisita, ut quid possit ab Ecclesia defini.

Quot et quae requirantur ut aliquid possit de fide ab Ecclesia defini

### Caput 3<sup>m</sup>

Ecclesiam hic cum dico summum eius pastorem intelligo, vel cum illo Concilium quodlibet eius auctoritate coactum, et confirmatum. Duo autem genera rerum in huiusmodi definitionibus ex omnium sententia requiruntur. Alia necessaria sunt ne erretur in re definita alia ne peccetur a definiente. errorem hic uoco quo in intelligendo decipimur, peccatum quo in agendo delinquimus, illa cum adsunt certum est uerissimum esse quod definitur, licet à



Vide Cano. l. s.  
c. s. Valent. in  
anal. fid. l. c. c.  
3. ob. 6.

definienter peccetur si absint non item istis  
vero si desint est quidem definitio stabilis  
et inconcussa, sed cum peccato definientis  
et decidentis ex hoc genere sunt diligens  
inquisitio consultatio oratio et cetera huius  
modi quae summus Pontifex debet praemi-  
tere cum aliquis vult huiusmodi definire  
de quibus hoc loco non agimus, cum illarum  
defectus non faciat, ut quippiam non ponit  
cum veritate decidi, sed ut non liceat: et  
de illis nobis hic sermo est quarum defectus  
definitio facta mutat et falli potest.

Quot ergo et quae sint ista nunc querimus  
tria autem ex omnium sententia recen-  
sentur. 1<sup>mo</sup> ut id quod definiendum est  
ad fidem spectet, quod dupliciter potest  
intelligi. p<sup>o</sup> ut fide credatur, et in hunc  
sensum conditio non intelligitur nec potest  
intelligi, nam vel fide credendum est  
ante definitionem, et id falsum est, de eo  
enim quod iam est fide credendum in



utranque partem non licet ambigere, atque  
 definiantur prius inter Doctores utrinque  
 controversantur uel postquam sit definitum, et  
 id dicere est nihil dicere, quia id ipsum de  
 quo queritur et ambigitur responderetur. Quasi  
 enim quid requiratur ut possit aliquid  
 ab Ecclesia statui de fide credendum, respon-  
 dere. Ergo requiri, ut fide credatur est id  
 ipsum nobis ingerere quod interrogamus.  
 Paria autem sunt nihil faten erit respon-  
 dere ut incertum dimittatur interrogator. *¶*  
 de interrog. et act. l. de etas s. nihil. *¶* de confess.  
 l. licet

2.º ergo intelligitur hec conditio. quod res  
 definienda spectet ad materiam fidei id est  
 ad pietatem, et Religionem prout ista con-  
 dia distinguuntur ab ijs rebus, que ad alias per-  
 tinent artes, et disciplinas. In quo sensu  
 conditio hec intellecta requiruntur in questio-  
 ne definienda, ut bene docent Cano. l. 7.  
 c. a. Valent. l. ex anal. c. 4. et 13. Bellarm.º



l. 9. c. 3. de Pont. Magn. ar. 9. r. a. 10. Calho  
lib. 1. c. 7. Turres. de Eccl. lib. 3. c. 5. Ar  
nalduus q. 9. n. 10. et hoc est quod omnes  
fideles intelligunt cum credunt, ut est cre  
dendum Ecclesiam, et summum Pontificem  
errare non posse in rebus fidei, hec enim  
restitutio aperte significat, ea, que ad fidem  
non spectant, in hac facultate Ecclesie  
concedi non contineri. cuius aui ratio est  
quia potestas hec ut docet ex Patribus  
Bellar. l. 4. c. 3. citato fundatur in promissio  
Christi huc ar. Rogavi pro te Petre  
ut non deficiat fides tua p. fides tua di  
xit, non scientia tua phisica aut  
matematica ac proinde potest esse ut Pon  
tifex et concilia errent in propositionibus  
ad illas disciplinas spectantibus si uelint  
illas attingere, et definire. Ores enim  
Christi Petro commissa parcende sunt  
ab illo non doctrinis philosophorum, sed  
uero ueritate, et certe nisi hoc esset, eo igno



quod quis in summum Pontificem euet elec-  
tus, summus quoque philosophus euet ha-  
bendus, quod tamen nec de se nec de suis  
similibus concedit Ap<sup>l</sup>us qui ad Corinthios  
scribens scientiam misteriorum Christi sibi  
uindicans aliorum omnium ignoracionem  
non erubuit confiteri nihil, inquit, scire  
me arbitratus sum inter uos nisi Iesum  
Christum et hunc crucifixum. et addit, sa-  
pientiam loquimur inter perfectos; sapientiam  
uero non huius seculi, neque Principum  
huius seculi (sicut philosophorum) sed loqui-  
mur sapientiam Dei. Sapientia ergo  
apostolica, et Ecclesie Christi propria in qua  
illa nec potest decipi, nec alios fallere est  
sapientia Christi, et misteriorum Dei, non sa-  
pientia huius mundi. quare cum quid ad hoc  
proprie, et precise spectans a Pontificibus at-  
tingitur, id ab illis non fit ut Vicarij Christi  
sunt et successores Petri quibus promissum est  
non deficiet fides tua, sed ut privati Doctores

1<sup>a</sup> cor. 1.

a. intelligit enim  
secrarium Principis in  
disciplina politica et  
naturali: qui clares  
ducebant et de suo no-  
mine dicebant quale  
erant Socratici Pla-  
tonici Aristotelici. ex  
Trisot. Theophil. in  
hunc locum Tertul-  
3. contra Marcio:  
c. 6. orig. hom. 1. in  
cano. et optime obser-  
uat Dr. Justinianus  
in hunc locum Pauli



qui quod humanitus didicerunt humano etiam  
more pronuntiant, ac proinde in his sine ullo  
suo aut suorum dispendio possunt errare  
quia homines sunt: in illis non possunt, quia  
Vicarij Christi <sup>sunt</sup> quæres: quæ ergo sunt istæ  
res fidei. Resp. illæ quæ per se spectant ad  
ordinem rerum supernaturalem et ad doctrinam  
nam reuelatam aut cum illis connexionem  
aliquam habent. Ex quo fit posse etiam  
quasdam veritates naturales et aliarum sci-  
entiarum proprias à summo Pontifice defini-  
ri quatenus aliquo modo in doctrina reuela-  
ta continentur ut exempli gratia. An coe-  
lum stet et terra moveatur. Sicut enim quæ-  
stio hæc per se non spectat ad res supernatura-  
les, sed ad phisicas disciplinās, quatenus ta-  
men de illa aliquid in sacris literis dictum  
est, potest ab Ecclesia defini, terram stare,  
et coelum moveri, quia ita in sacris literis  
traditum sit, quod enim illæ de quaque  
re pronuntiant quomodo sit intelligendum,  
spectat ad summum Pontificem declarare,  
ac proinde potest etiam hoc pacto aliquam



veritatem phisicam definires. Sed quatenus  
 (ut dicebam) includitur in doctrina fidei et  
 revelata. Perce enim definit sensum sa-  
 cra scripturæ: ex consequenti vero etiam ve-  
 ritatem phisicam et mathematicam, que in  
 illa tradatur

2<sup>a</sup> Condicio est ut definiendum in eo genere  
 rerum de quo diximus sit ambiguum quod  
 enim in materia fidei certum est et explora-  
 tum non iam amplius definitur sed tantum  
 proponitur et declaratur. Ratio autem huius  
 conditionis est manifestissima ex ipsa natura  
 decisionis et definitionis. quod enim definitur,  
 terminatur et in certam partem sequendum  
 statuitur, quod esse non potest, nisi ambiguitas  
 ante precedat, qua quod exploribus potissimum  
 sit sequendum disceptetur.

Dices nonnunquam dicuntur defini quæ sine  
 ulla controversia semper in Ecclesia Catho-  
 lica de fide fuerunt, ut cum Nice numus Conc.  
 definiuit consubstantialem Patris, et filij



α. filium eiusd[em] substan-  
tiae et naturae cum  
patre tradit[ur] symbolus  
illis uerbis, filium  
eius unicum nam  
uery filium aut mono-  
tium est aut eiusd[em]  
naturae cum eo ex  
quo genit[us] est ex  
Aug. 13. cont. Maxim.  
c. 10. Arch. Ep. de  
decr. Nic. Syn. Ex  
ser. 2 et 9. contra  
Arian. nec de eo  
ullus unquam Catho-  
licus dubitabit cer-  
tam auct[oritatem] Hic  
num. ut Valen-  
t. l. i. de trin. c. 10  
Deblax l. i. de  
xpo c. 10

iam ex <sup>102</sup> simbolo sacris conperam. Resp. appel-  
lari tunc definitionem in ordine ad hereticos  
dissentientes. proprie uero cum eiusmodi res  
proponuntur in ordine ad fideles dicuntur  
declari magis et proponi quam defini.  
Sicut non nunquam utriusque uocabulum  
promiscue usurpatur

Ex hac conditione respondent Doctores Catho-  
lici hereticis hanc potestatem ad fidei de-  
finiendi, quam fatemur summo Pontifici  
concessisse Christum, oppugnancibus et crimi-  
nantibus. quid enim (dicunt) si decernat Pon-  
tifer contrarium eius, quod hactenus in  
Ecclesia creditum est? Respondemus, hoc casu  
admissio, qui nunquam esse potest, tunc definitio-  
nem illam nunquam ualituram, quia potestas  
definiendi non est in materia iam certa, sed  
ambigua ac proinde si quid in illa motu  
aueat tam Pontifex quam Concilium, ter-  
minos egrediuntur sibi concessae potestatis,  
ut ob id non audiendi ut pastores, sed ut



lupi fugiendi. de illis enim, qui iam certa sunt  
 in uniuersa Ecclesia, id tenendum est, quod  
 S. Paulus tradidit. si Angelus de coelo aliud  
annunciauerit uobis aut nos ipsi nolite cre-  
dere. quodere uide pluribus Cano. 1. s. c. 3.  
 Valent. 1. in anal. obiect. 3. et 4. c. 3. et 4.

3<sup>a</sup> Condicio est, ut controversia definienda pro  
 parte in quam decernitur habeat sufficientia  
 testimonia in scriptura aut traditionibus Patrum  
 cuius conditionis ratio duplex est. 1<sup>a</sup> ex pre-  
 cedenti. si enim quod definiendum est debet  
 spectare ad materiam fidei et doctrinam re-  
 uelatum, necessarium omnino est ut habeat  
 aliquam connexionem cum reuelationibus  
 iam factis, quae omnes continentur in uerbo  
 Dei expresso aut tractato. 2<sup>a</sup> ratio est quia  
 quicquid definitur esse de fide, ab Ecclesia  
 non fit de nouo de fide, sed declaratur esse.  
 quicquid autem iam de fide in se est, licet  
 nobis adhuc sufficienter propositum non sit,  
 reuelatum aliquo modo est. oportet ergo ut



Ecclesia ad id decidendum, habeat funda-  
mentum in revelationibus iam factis ac pro-  
inde testimonium idoneum ex uerbo scripto  
sive tradito, in quo utroque revelationes om-  
nes iam factae tantum continentur, ut pluri-

a Catholica sententia  
cetera temeritate rega-  
ri non posse sanctorum  
et uicij eius canonici  
An autem eius id di-  
citur contra fidem  
nonnulli ambigunt  
plurique tamen pro  
habili affirmant ut  
Vale. l. c. c. 9. anal. et  
indicant Bellar. l. i.  
c. 9. de sane serm. n.  
l. i. c. ii. dare aut  
auct. huius sum. n.  
dup. ib. dub. 9. ex  
Bonau. et Anon. De  
nobis nunc id non  
agitur quibus tanta  
certitudo sufficit in  
congregatione definien-  
da quam in  
canonisatione re-  
quiritur

bus ostendunt auctores citati presertim Car-  
dinalis Bellarminus, Cano. Valent. Bagny  
et Anan. q. 9.

Ad hoc autem auctorem est quod definiuntur uel  
esse pura dogmata, uel spectare ad aliquod  
particulare factum in illis necessaria

sunt expressa testimonia uel ex scripturis  
uel ex traditionibus sacrum, In his autem  
non requiruntur, sed nec possunt esse ut

constat de canonisatione sanctorum, quod  
enim testimonium haberi potest in sacris lit-  
teris uel antiquis traditionibus de sanitate

v. g. B. francisci, quam tamen tenendam  
decernit Ecclesia. In his ergo satis est esse  
in sacris literis testimonia uniuersalia, sub

quibus quae et quales particulares propositiones



subinde contineantur, spectat ad Ecclesiam  
 declarare. Nam canon. Latino sanctorum fun-  
 datur in universali propositione, qua fides  
 tenetur et in scriptura traditur, esse semper  
 aliquos, qui in sanctitate decedant et in eter-  
 nam beatitudinem accipiantur. qui autem isti  
 sint, declarat Ecclesia adhibitis humanis  
 testimonijs: quæ licet sint in se fallibilia,  
 non tamen potest ex illis in ullam deceptio-  
 nem labi Ecclesia ex promisso Christi. Vid.  
 August<sup>mo</sup> de Anno. de Eccles. q. 19. a. 4. Vald.  
 to. 3. c. 1. 2. Bellarm. l. 1. de sanctis c. 9.  
 Valent. l. 1. Anal. c. 3. Cano. lib. 5. c. penult.

His expositis attendamus iam omnia hæc  
 in controversia proposita reperiri.

= Questionem de conceptione imma-  
 culata pertinere ad fidem quod est  
 p<sup>m</sup> requisitum in controversia ab  
 Ecclesia definienda

Caput 4<sup>mo</sup>

Cano. l. 7. c. 3. conclus. 4. aperte negat controversias



hanc pertinere ad fidem, quibus autem ad id  
rationibus moveatur, non satis explicat, et si  
quas tangit, ea potius ostendunt controuersiam  
hanc non habere sufficiens fundamentum  
in scriptura (quod spectat ad 3<sup>m</sup> requisitum  
in questione definienda) quam non perti-  
nere ad fidem, quod est 1<sup>m</sup> requisitum  
de quo nunc quaerimus. Recentiores tamen  
sic id probant. p<sup>o</sup> si haec questio pertinet ad  
fidem, alterutra pars, quae de illa nunc  
altercatur, erraret in fide. At neutra errat, ut  
certum est ex definitione <sup>IV</sup> fidei etc. ergo  
non pertinet ad fidem. 2<sup>o</sup> questio quae nul-  
lam necessariam connexionem habet cum  
doctrina reuelata, non pertinet ad fidem.  
fides enim et reuelatio aequae late se extendunt  
et mutuo inferunt, ac proinde quod ab una,  
excluditur et ab altera. ac uero neutra pars  
controuersia istius connexionem habet cum  
doctrina reuelata nam neutra nec est cla-  
ra in scriptura nec necessariam connexionem







habet cum ijs, que in sacris literis traduntur  
ut cap. 6. huius ostendemus, et ex responsione  
ad argumenta proposita, mox contabit. si  
prius hoc promiscio. hec conditio, ut res defi-  
nienda pertineat ad fidem, significat illam  
spectare tantum debere ad ueritates (ut cum  
schola loquamur) reuelabiles, et non que  
humano studio possint cognosci per scientias  
acquisite. sed An A. Virgo fuerit preser-  
uata est ueritas tantum ex Dei reuelatio-  
ne cognoscibilis a quo solo pender, spectat  
ergo ad fidem eo modo, quo requiritur in  
questione decidenda. ex his ad arg.<sup>ta</sup>

Ad p.<sup>mo</sup> Resp. p.<sup>o</sup> neutra pars nunc erit in  
fide, quia neutra cum pertinacia ad id  
adheret, quod auerit, parata potius id ad-  
mittere, quod ab Ecclesia decernitur. et ut  
cum culpa auerit in fide, non satis est id  
aueri, quod in se est contra fidem, sed re-  
quiritur ut id etiam sit nobis apertè propo-  
situm ad credendum, que autem conuer-  
sa sunt, et nondum ab Ecclesia definita,



licet in unam tantum partem vera sint,  
 non tamen sunt sufficienter proposita pro par-  
 te qua vera sunt, sed cuique permittitur  
 id potius sequi, quod probabilius iudicave-  
 rit. Dices: ab Ecclesia decisum est, ne nos  
 errare. Resp. intelligit Ecclesia de errore  
 practico, non speculativo, ut clarius sequenti  
 capite constabit. nego ergo quod alterutra  
 pars nunc erraret in fide, & hec questio  
 spectaret ad fidem.

Ad 3<sup>m</sup> resp. eandem connexionem habere cum  
 doctrina reuelata preservationem A. Virginis  
 ab originali, quam habet eiusdem preservatio  
 ab actuali, quam habet eius Nativitas sancta,  
 eius Assumptio gloriosa, eius Virginitas perse-  
 tiva, ut clarius cap. sexto constabit.

Questionem hanc non ita esse termi-  
 natam, quin ponit ulterius ab  
 Ecclesia definiti.

Cap. V.

Ex hoc capite & ex alio alio opposita opinionis



51  
Hæc vero maxime tibi videntur oppugna  
re potest definitionem de Preservatione. Ra  
tiones ergo hinc petitas quantum possunt  
subtilissimè urgent; quas nos etiam ne quid  
in causa dissimulemus accurate recenseri  
mus et instruemus. Eas autem sic instructas  
soluere erit abunde notam sententiam  
confirmare. sic ergo probant concouersiam  
hanc, Non potest ulterius ab Ecclesia de  
finiri propter definitiones iam factas

Q<sup>o</sup> quia licet hæremus definitio non sit alie  
ruera pars illius, definitio tamen atiquid  
est, cui quæcumque alia definitio fieret  
ex opposito repugnaret. sed Ecclesia nullam  
potest edere definitionem, quæ cum alia  
pugnet, quam prius ipsa fecerit. Ergo non po  
test hæc concouersia ulterius definiri. Mi  
nor propositio clara est. duas enim oppositas  
definitiones non possunt ambæ esse veræ, ac  
proinde necesse est alteram esse falsam:  
quam potest approbari ab Ecclesia, si quis



4  
 auerat, impie a uerit. maior propositio proba-  
 tur. Definitum est ab Ecclesia neutram par-  
 tem tenere in hac controversia, ut constat  
 ex Sixto IV. etc. sed si definiatur nunc pre-  
 seruatio, eo ipso altera pars erronea declara-  
 tur. ergo quod hactenus Ecclesia definiuit  
 non esse errorem, nunc definiret esse: de-  
 finitione nimirum plane opposita precedenti.

Q. et est confirmatio eiusdem rationis. si quis  
 nunc pertinaciter auerat, opinionem de ma-  
 culata conceptione esse falsam, et erroneam,  
 ut hereticus punietur. Ergo definitum est, illam  
 non esse erroneam. sed si definiatur imma-  
 culata conceptio, eo ipso compertum fidei  
 erit, illam aliam esse erroneam. Ergo per  
 hanc definitionem id quod iam antea de-  
 finierat non erroneum, ecclesia declararet  
 erroneum. Erraret ergo in alterutra defini-  
 tione, et preterea in hac r.<sup>a</sup> terminos sue  
 potestatis egrediretur in definiendo, qui sunt  
 tantum res nondum in Ecclesia certa, et



definita. Certum autem, et definitum est  
opinionem de maculato conceptu non esse  
sententiam

3<sup>o</sup> Uniuersa Ecclesia in rebus fidei non potest  
errare. sed ea nunc existimat, opinionem  
de maculata conceptione esse probabilem. qui  
enim illam probabilem negaret, contradice-  
ret Ecclesie. Ergo uerissimum est illam esse  
probabilem, sed si definiretur opposita, con-  
staret eo ipso, illam errasse existimando pro-  
babile, quod erat falsum. Confirmatur hoc.  
quia Ecclesia cum definit aliquid creden-  
dum, non facit illud de fide, et uerum quod  
ante non erat: sed tantummodo quod in se  
uerum erat, nobis tale esse declarat: et eo  
dem modo quod falsum et contra fidem erat,  
ut tale nobis definit. h. ergo definiatur con-  
ceptio immaculata, eo ipso declarabitur oppo-  
sitam sententiam fuisse semper falsam, et  
proinde in ea turpiter deceptam fuisse  
Ecclesiam, et deceptam, illam ut probabilem



admittendo, et ut ealem ab omnibus admitti pre-  
cipiendo

- 4<sup>o</sup>. Denique ex his tribus rationibus ultima confi-  
citur, que directe ostendit, conditionem 2<sup>o</sup> loco  
requisitam, nempe ut res definiendas sit dubia,  
hic defuere. Nam omnis controversia tres po-  
test habere partes dissidentes; unam que ab-  
solute neget; alteram que absolute affirmet;  
3<sup>o</sup> am<sup>o</sup> que absolute pronuntiet rem esse ambi-  
guam: certissimum autem est in quacunque  
ex istis partibus pronuntietur, licet finiri, et  
religuar duas sententias reprobari: hoc po-  
sito sic argumentantur. In ista questione  
diffinita est ab Ecclesia pars illa tertia, que  
aueit, utranque aliam, nempe absolute ne-  
gantem, et absolute affirmantem, non esse ad-  
mittendam, ut constat ex Constitutione Sixti-  
ci Pij. Ergo iam ita terminata est, ut alter-  
nans non possit confirmari ratio, quia que-  
cunque alia definitio fiat, sequeretur falsam  
esse sententiam, qua nunc uera est, et aueit



absolue negantem et absolute affirmantem  
falsas esse: sed hec argumenta plus habent  
ueteri cauilli, quam firmi roboris.

Ita sanctum ergo est uerissimam sententiam, quam om-  
nes docent, nihil hac de re adhuc esse ab Ec-  
clesia definitum; quod constat 1.<sup>o</sup> ex ipsius  
testimonio. 2.<sup>o</sup> ex resolutione rationum.

Ex 1.<sup>o</sup> nam Sixtus IV. discrete pronuntiat, nihil adhuc  
esse hac in re ab Ecclesia definitum: quod idem  
ut ex cap. 13. constat, Pius V. etiam attestatur, cui  
ergo credendum potius est: testimonio ne ipsius  
Pontificis id auerentis, an argutijs et cauillis  
nobis illudentium? et sane ut dubium ponit  
eius, an hec questio ponit definita, certe nul-  
luma omnino potest esse, quod non sit defini-  
ta, cum clauissimis uerbis id Sixtus pronun-  
tiet.

Ad rationes. Ad 1.<sup>am</sup> Resp. 1.<sup>o</sup> negando definitum  
ab Ecc. neutram propositionem esse erroneam,  
sed tantum prohibendum est, neutram ab ullo  
heresis aut erroris damnari. Dices: definitum



est, neutros avertentes errare. Ergo definitum,  
 neutrum quod asserunt esse errorem. Resp.  
 duplex est error, speculativus sine culpa,  
 practicus cum culpa. tam enim errare dicitur,  
 qui intelligendo decipitur, quam qui in agendo  
 delinquit. cum ecclesia definiuit, neutros erra-  
 re, intellexit de errore practico, non speculati-  
 uo: uult enim tantum ecclesia, immunes  
 pronuntiare a peccato, qui alterutram partem  
 secuti fuerint; non ab errore intellectus, quo  
 ponunt sine salutis digendio utriusque decipi.

~ Instabis: saltem ista duae definitiones sunt  
 oppositae: errare aliquid asserendo, et non  
 errare, illud ipsum affirmando; et tamen  
 si definiatur immaculata concepcio, id requiritur  
 nam qui nunc non errant ex definitione ec-  
 clesiae asserendo conceptionem maculatam  
 tunc errant. Resp. non esse oppositas defi-  
 nitiones (late sumpto hoc nomine), quia mu-  
 tatur obiectum, nunc enim non errat negans  
 Virginem preseruatam, quia nondum est



21  
declaratum, tunc esset declaratum et proinde  
emaret.

Resp. 1<sup>o</sup> aliud est definire, quid sit credendum?  
aliud precipere, quid sit agendum. Sixtus  
in sua Constitutione nihil proponit creden-  
dum, sed tantum iubet quid sit agendum.  
propterea nihil definire definit, sed tantum  
precipit: certa autem res est, constitutiones  
agendorum subinde mutari, prout varia  
postulant res, quae subinde emergunt: quod  
ergo ne nondum definita precipitum est,  
opinionem de maculata non damnari erro-  
ris, cessaret si contraria definiretur: propter  
mutatam conditionem, ob quam nunc pre-  
cipitur

Ad a<sup>am</sup> rationem 2<sup>o</sup> qui damnaret aherentes  
maculatam conceptionem puniretur, et si  
pertinaciter in eo perstaret hereticus esset,  
non precise quia illud affirmaret, sed quia  
contumaciter in eo persistendo, quod prohibet  
Ecclesia, videretur illius negare auctoritatem



quod est hereticum. Quod falsum est definitum  
 ab Ecclesia, opinionem de maculata non esse  
 in se erroneam, sed declaratum est non esse  
 nobis erroneam; ita ut illam amentes ex  
 remus quia nihil adhuc facimus contra pro-  
 ceptum se nondum decisa. At opinio de  
 immaculata satis insinuata est non esse  
 erroneam in se, eo ipso quod Pontifex ad  
 illam allicit et hortatur propriis indulgen-  
 tijs illam celebrantibus: opinionem vero  
 de maculata nullo modo suadet, sed tantum  
 permittit

Ad 3<sup>o</sup> aliud est esse verum, aliud esse proba-  
 bile, ut constat quia multa vera sunt im-  
 probabilia; et contra, multa falsa proba-  
 biliora veris. Ratio autem est, quia he  
 denominationes a diuersis sumuntur ac  
 proinde diuersa sunt, nec altera pendet ab  
 altera. Veritas enim sumitur ex conforma-  
 tione, quam res habet in se ipsa ad intelle-  
 ctum. At probabilitas ex conformitate



quam extrinsecas rationes habent ad mouen-  
dum intelligentiam in talem assensum. po-  
test ergo esse, ut quod est probabile, sit falsum  
et proinde nihil repugnantia exoritur si  
quid nunc omnes probabile putant postea  
deprehendatur falsum. quia probabilitas  
non pugnat cum falsitate. At esse proba-  
bile, et non esse probabile pugnant. Reip-  
sibus in uariatis eodemque modo se habent  
ibus pugnant uariatis non item. sic est  
in casu notho. nunc enim probabilis est  
opinio de maculata, quia Ecclesia nihil  
definiuit, et permittit illam, et multi illam  
sequeuntur docti et pii. Probabile autem est,  
quod non repugnante Ecclesia a multis  
et doctis aseritur, et facta definitione  
iam esset mutata conditio, et proinde  
non esset amplius probabilis. constaret  
enim esse falsam, quod nunc non constat.  
Nego ergo per hoc, quod opinio aliqua  
delectetur probabilis, quicquam certo  
definiri



definitio de veritate, quam in se habeat, sic  
 potius potest esse probabilis simul et ni-  
 hilominus semper falsa, non tamen semper  
 talis apparet, et negat Med. locuti de ab-  
 port: a conclusa definitionem ab Ecclesia opi-  
 nionem de maculara esse probabilem, et  
 addit, nec potest talem definitionem ab Eccl.  
 de, ut signatur fide, credendum, quia esse  
 probabile: quod non est nobis hoc loco discu-  
 tiendum.

Ad 4<sup>m</sup> q<sup>o</sup> dupliciter in aliqua questione pro-  
 nuntian quid potest ambigui, p<sup>r</sup> simplici-  
 ter et absolute, an cum restrictione ad  
 certum tempus: illud p<sup>r</sup> cum declaratur,  
 nihil esse unde res liquido decidi possit;  
 illud quia nondum sit res satis discussa  
 cum p<sup>r</sup> modo pronuntietur ambiguum, res  
 terminatur, et quaeunque alia terminatio  
 fiat, iam facta turbatur, cum 2<sup>o</sup> modis  
 nequaquam, sed ad huc suspendet.



in ambiguo pronuntiauit hanc questionem  
p<sup>o</sup> modo, non p<sup>o</sup> ut ipsemet testatur aper-  
tis uerbis. nonclum inquit est definitum  
p<sup>o</sup> Resp. aliud est terminare questionem  
declarando, quid sit credendum, aliud  
p<sup>o</sup>eciendo, quid sit agendum, cum illud  
fit, quod uerum est definitum, ut cognosca-  
tur, cum illud, quod sequendum est  
prescribitur, ut uicis recitetur. Sicut  
non declarauit, quid hic esset uerum et  
credendum, sed quis modus esset tenens  
docet in disceptando. Itaque nego, eo  
modo, quo fingunt hanc licentiam termina-  
tam. nam desinitet Ponafex 3<sup>o</sup>  
aliam opinionem, de qua in argumen-  
to, non liceret tenere absolute ullam  
ex duabus alijs, quod est falsissimum:  
cum liberum adhuc sit uel alienatum  
ex illis absolute sequi, uel ambigam  
utriusque pronuntiare. licet enim cuique







ad hoc definiendum conueniamus. p. 11  
¶ Ergo sic probant ex uerbo scripto: nihil  
est in scriptura, neque in particulari,  
neque in generali, quod faciat pro imma-  
culata conceptione. Ergo non potest  
hæc in illa solide fundari. Non in  
particulari, quia nullum uerbum fit  
in ea de conceptione. Non in generali;  
quia uniuersales locutiones sunt potius  
in contrarium. claudunt enim omnes  
sub peccato, et nullum excipiunt. ad Galat.  
a. Sumus omnes filij iræ. a. ad Cor. 1.  
h. unus pro omnibus. maxime est ergo uo  
omnes moueri sunt. quæ propositiones  
uniuersales licet ponunt aliquas interpre-  
tationes molles, ut in scholis opinio de  
preservatione probabiliter defendatur,  
non tamen tales sunt, ut audeat quis  
quam Catholicis auerere, posse in illis  
inconueniam sibi certitudinem fundari,  
nisi uelimus nudam planamque heresim



obijcere, ut nos acius inuadant, quam  
 nunc faciunt; dum insultant mendaciter  
 catholicis, quod contra expressum Dei uer-  
 bum, pronuntiant, omnes esse inclusos  
 sub peccato, nos quae coelestis aule arti-  
 eni inde. B. Virginem exemimus de  
 quibus henerius Canis. h. r. on. Laicorum  
 def. fidei. uic. finem Valens. o. p. <sup>ne</sup> <sub>no</sub>  
 a. n. puncto. p.º

Sed hoc argumentum, si quid ualeat, tam con-  
 tra illos est, quam contra nos, quod sic os-  
 tendo. Perpetua Virginitas B. Mariae cer-  
 ta iam est in Ecclesia, et fidei concepta.  
 quaero ego: an habeat ulla fundamentum  
 in scriptura. si non habet, erga nos ob id  
 negari poterit, reservationem posse defini,  
 quod id non habeat, si habet, ut finis parti-  
 culari, et hoc non nullum enim uerbum  
 fit in scripturas de uirginitate perpetua.  
 uel in generali, et id neque quia ueritales





Locutiones sunt potius in contrarium.  
Addo. certa fide teneretur A. Virginem  
peperisse sine ulla mordibus et dolore.  
ita canit Ecclesia. quero ego tibi da de  
de uerbum in scriptura non speciatim,  
ut constat: non generatim, nam uniuers  
sales locutiones oppositum sonant pronun  
tante Deo de uniuerso sexu muliebri.

In dolore paries.

Respondent p. de perpetua Virginitate Ma  
riae testimonium esse in Ezech. 174. Porta  
haec clausa erit, uir non intrabit per eam  
quoniam Dominus Deus Israel ingressus est  
per eam. Ex interpretatione Hieronimi  
ibi, et in Anal. n. contra Pelag. Aug. Ser  
a. et 14 de Maria. Ambr. ep. vii. Christ. de  
Jo. Bapt. tom. 3. Damas. 14. e. is. 14.  
Et nos uicinisim respondemus, dici et intelligi  
de A. Virgine. Porta pulchra es amica mea,  
et macula non est in te. quae semper est



20  
illa ecclesiam et canit Ecclesia. indicant,  
non esse hunc sensum literalem, ardent;  
non minus esse hunc, quam illum depon  
ta. aiant. In illo sufficit ad Virginitatem  
perpetuam, et hic ad perpetuam sanctitatem

Respondent, etiam si non habeatur expres  
sum testimonium in scriptura pro perpetua  
Virginitate, non tamen haberi ullam ge  
neralem locutionem, quae oppositum sonet.  
Quare sufficere ad illam fundandam testi  
monium in sensu accommodationis accep  
tum, accedente consensu Ecclesiae. hinc  
causam non sufficere, quia pugnant uni  
uersales locutiones, quibus non derogatur  
nisi per specialem exceptionem, quae hinc  
nulla est.

Sed hoc nihil illis iuuat. qd pariter non  
dolore in Virgine est iam de fide et con  
stat ex D. Th. 2. 2. q. 35. a. 6. et ex Kalhanz;  
Nuen. Damas. Aug. Augustinus Romanus



quod dicitur. Secundum in scriptura et tamen  
sunt in scriptura propositiones contraveni-  
les, quae contrarium sonant. Dicant ergo  
ubi specialis privilegio sit illis derogatum?

2. Ab Virgo Sancta nata est ex fide creditur  
ab Ecclesia, ut docet idem D. Th. 3<sup>a</sup> q. 2<sup>a</sup> a. 1.  
ostendant ubi verbum ultimum in scriptu-  
ra deroget universilibus Propositionibus,  
quae pronuntiant omnes nasci in peccato?  
quales sunt: Nemo mundus a sordibus, ne-  
que infans, cuius est unius diei vita su-  
per terram, Job. 14 etc.

3. creditur etiam ab Ecclesia Reservatio  
Ab Virginis ab omni peccato actuali, ita  
veram fide comprobatum sit, nihil illam  
unquam in tota vita peccasse, ut con-  
stat ex Thid. con. 6. can. 23<sup>o</sup> et tamen  
in scriptura pronuntiatum quod nemo sit  
qui non peccet. Paral. 6. ostendant ubi  
hinc et similibus propositionibus sit deo

\*  
D. Tho. non dicit  
afirmat sed pro ecclesia  
in celebraret nisi sancta  
esset nativitas.



quarum quales sunt, indixerimus quoniam peccato-  
tum non habemus, ipsi nos seducimus, et in  
multis offendimus omnes

Respondent ergo quae de his impostis minus clare  
 habentur in sola scriptura, repleti ex tra-  
 ditione, quae semper in Ecclesia fuit de sancti-  
 tate Virginis in utero, de preservatione ab  
 omni actuali, de partu sine torribus et dolo-  
 re, quod non est in preservatione ab origi-  
 nali: nam scriptura pro se id non insinuat,  
 neque traditio, nec enim deprehenditur ex  
 Patribus qui potius sunt in oppositum.  
 Sed hoc verum, quod sepius ventitant, est non  
 illis omnino de manibus extorquendum.  
 dico ergo p. nullum esse ex antiquis Patribus  
 ante Hieronymum, qui quicquam habeat de  
 partu Virginis sine dolore et ante Hierony-  
 num nonnulli concinnum affirmaverunt et  
 contra Hieron. contra Eusebium.  
 Quae ergo, ubi perpetua traditio nullo contra-  
 dicente, si nullus est recentium, qui expre-  
 se ascribat ad Virginem originale, ut docuimus



Sri Joff.

eorum multa sunt quae attribuantur actuali, potest  
 constat de Diff. et alijs apud Melchiorum  
 ad illud Tit. 1. quid tibi et mihi est mulier  
 de quibus etiam dicitur Thomas q. 1. de p. 1. 2.  
 Item plures sunt veterum, qui ab antiquis dicebant,  
 preservationem ab originali, quam qui asserunt  
 immunem ab omni tunc actuali, ut contra  
 sit ex cap. 1. Ergo Preservatione ab originali  
 in suis fundamentis habet in traditione  
 Patrum, quam preservatione ab actuali: quod  
 sic breviter concluditur. Preservatione ab  
 actuali fundatur sufficienter in traditione  
 Ecclesiae et Patrum, cum tamen ea tra-  
 ditione non deprehendatur liquido tradita  
 in omni parte, et nunquam in interrupta  
 per aliorum dissentium. At traditio de  
 Preservatione ab originali habetur perpe-  
 tuis et nunquam interrupta, cum semper  
 in omni seculo fuerint, qui illam tradi-  
 derunt: certe pauciores in ea dissentient,  
 quam in alijs: ad summum enim Alex-  
 andrus Sacerdos et unus vel aliter post illum



contrarium asseruerunt, cum tamen per uerba  
tionem ab actuali turbauerint Chrysostomus et  
alii antiquiores, et grauiores. est ergo traditio  
de immaculata conceptione ut minimum eque  
ualida, ac alia de immunitate, ab actuali.

Et hec, ut illorum argumenta refutemus, nunc  
notata proponenda: sic ergo hec Propositio

In uerbo scripto et tradito est sufficientissimum  
fundamentum ad immaculatam Conceptionem  
definiendam. Ad hanc probandam  
Via nobis seruitur ex proxime dictis in  
hunc modum. Non debet desiderari in  
scriptura, et patribus fundamentum magis  
idoneum, pro hoc definiendo, quam fuerit  
acquisitum pro alijs mysterijs iam ab Eccle-  
sia de B. Virgine definitis. sed que atti-  
gnantur pro immaculata Conceptione, sunt  
aequalia (ne dicam magis uigentia) cum  
illis, ergo sufficientissima hec erunt. Annu-  
pta propositio nobis est explicanda, nam  
cetera clara sunt.

Ad hanc, necessariam probationem, conuenit



Et p<sup>o</sup> ostendo fundamentum sufficiens in  
scriptura. A<sup>o</sup> in perpetua traditione Patrum  
In scriptura quidem. nam in illa habentur  
de B. Virgine plura, quae singularia & sin-  
gularia non sunt, certe sunt omnia. I<sup>mo</sup>  
quod Beata sit predicanda ab omni ge-  
neratione. I<sup>mo</sup> quod hoc ipsa praevident.  
I<sup>mo</sup> quod unus cum illa fuerit. I<sup>mo</sup> quod  
fuerit et sit gratia plena. I<sup>mo</sup> quod sit  
benedicta in multibus: quae omnia si-  
militer iuncta dicunt singularem prorsus  
excellentiā Virginis, quae de nulla alia  
natura creata in scriptura affirmetur.  
Ac proinde ex scriptura constat, B. Vir-  
ginis excellentiam et dignitatem omni-  
um aliorum excellentiam superare: tam  
hominum, quam Angelorum: accedente  
perpetuo consensu Ecclesiae de illa ca-  
nenti. exaltata est sancta Dei ge-  
natrix super chaos Angelorum ad caelestia  
Regna. hoc ergo posito, quod est certissi-  
mum, et Aduersarij fateantur, quia est



de fide. An non habet Ecclesia in uirginitate  
 sufficiens fundamentum declarandi, hanc  
 excellentiam super alios omnes cum homi-  
 nibus, quam Angelos, in eorum consistere, ut  
 fuerit semper sancta. Si enim hoc non habetis  
 set, curta in aliquo Angelorum dignitati con-  
 curreat, quod si uos dicentibus tempore  
 clausa sufficiens fuit, ut in illa Ecclesia  
 perpetuam B. Mariæ Virginitatem fundaret,  
 eius gratia plenitudo, cum Deo tam arcta  
 cognatio, et consanguinitas, Benedictio inec-  
 smulheres, prædicationis beatitudinis illius ab  
 omnibus generationibus, non sint sufficiens  
 fundamentum perpetuæ Sanctitatis, et de-  
 perpetuam Virginitatem, et perpetuam Sancti-  
 tatem habere inter se cognationem quandam  
 et analogiam, nisi quod si deus optio, et  
 alterutra sit carentium, potius quilibet eli-  
 gat perpetuam Sanctitatem, quam perpetuam  
 Virginitatem, set illa potius, quam illa carere.  
 Si ergo ad reuerendam Virginis, et partus ipsius



55

definita fuit eius perpetua Virginitas, quae  
dicitur nunquam lesam integritatem corporis,  
neque non ob eandem reverentiam definitur  
eius perpetua Sanctitas, quae dicitur nunquam  
maculatam integritatem animi. eam  
prosecutionem legitimam corporis violatio in  
matrem tantum non dedecet dignitatem  
sily; quantum dedecet per peccatum quae  
liber animi inferio, et decet pario. Ergo  
eius verbo fundamenta in scripturis hu  
ius definitionis faciendis sufficientissima  
sunt: illa omnium, quae vel expresse conti  
nent Excellentiam *St. Virginis*, quae ponunt  
at Ecclesia de hac etiam particulari ex  
cellentia definitio, vel per sensum accomo  
dationis de *St. Virgine* intelliguntur, quae  
de hac eadem immaculata conceptione  
ponunt explicari. Nota pulchra et amica  
mea intelligitur de *St. Virgine*, et semper  
per elapsa aera tempora est intellectum.  
Cur ergo non potest hic fieri *Immaculata*



Conceptio: quando quidem & illa sit deturpata, non potest esse Beata Virgo tota pulchra, et sine macula, prout dicitur: & enim tota pulchra, et sine macula tantum intelligitur quia caruit aliquando omni peccato: profecto nihil eximium de illa pronuntiatur, nullus enim sanctorum est, cuius animo tota pulchra et sine macula non sit dicenda. Ergo peccationi modo de B. Virgine hoc intelligitur, necesse est ut ad eius amorem animus solus flectere, et totam appellationem pulchram, et sine macula, quia nunquam fuit corrupta, et maculata.

Indignum constat ex perpetua traditione Patrum. Virgines nulli veterum apud se pugnant: sanctas Conceptionis, et desuperant. Inventioni ab omni accedens, a dolore parvus, et sordibus illis. Virgines plurimi ex genti illam tradiderunt, vel ita locuti sunt, ut maligni vitii animi in deteriorem partem interpretari, et sane inveniunt multi, ex

de illis amicus  
 Roma. 1607. p. 70.  
 Turco. etc. etc.  
 de cons. deo. p. 1.  
 q. 6. a. 1. ap. 117  
 apud Vales. de q.  
 36. c. 9.



antiquis Patribus, qui ita clare loquuntur de  
perpetua Virginitate et de preservatione a  
uenientibus; ut multi loquuntur de preserva  
tione ab originali, et causa cedimus. hoc hic  
non profero, quos paulo post beatus auringam  
cap. x. citationi mihi nunc sit. St. Andreas  
Apostolus, de quo Abdias lib. 4. refert di  
ximus: sicut primus Adam formatus fuit  
ex terra, antequam fuit maledicta, ita  
etiam Adam formatus est ex terra Virgine  
numquam maledicta, et loquitur de male  
ditione peccati, sic aliquid tam clare  
apud aliquem equalis auctoritatis et anti  
quitas, pro maculata, id est, maledicta  
Conceptione aduersarij, reperirent quos hic  
triumphos, quos iste psana canerent. post  
hunc St. Apollonij perpetuo consensus  
hanc traditionem apud aliquos permansisse,  
constabit ex infra dicendis cap. 9. ubi ali  
quid de auctoritate pro ista sententia com  
memorabimus.



Atque ex his quod proposueramus satis constat:  
equè sufficiens fundamentum esse in scriptura  
et Patribus pro hoc mysterio definiendo, ac pro  
alijs de eadem B. Virgine iam definitis.

Claudo hoc, cum coronidis loco, ut assius ad  
uersarios urgeam, hæc a diuinitate B. celebra  
tur et creditur in Ecclesia. Hæc illius Virginitatis  
immaculata, eiusdem in Coelum Assumptio,  
Sanctus sine dolore. Producantur pro his testi  
monia ex sacris literis et Patribus, illi non  
sunt. Immaculata Conceptione longe clario  
ra non afferimus, causa iam eadem et ma  
gis clara, minus clara, magis dubia et  
recentiora testimonia sufficiunt, pluribus  
etiam dissentientibus, ut illa definita esse  
dantur: cur certiora et magis explorata et  
antiquiora non sufficiant ut Conceptio imma  
culata definiatur.

a. Silu. aurea  
Nota. tra. 7. q. 70.  
Turve: in c. inuitat  
de cons. d. n. Cai.  
9. s. a. n. 3. p. ali  
quid Vosg. disp.  
36. c. 4.

Tempore Clementis V. Agentibus Patribus Do  
minicanis definitum fuit (ut ipsi putant) contra  
Patres franciscanos, sanguinem Christi ab illo  
in morte effusum mansisse quoque unitum



intiduo diuinitati. Quod ego pro hac noua  
et recenti definitione, quod testimonium sit  
in scriptura aut patribus. si quod habent,  
proferant aliquid enim habent et illo nos. nisi  
longe clara et luculentiora et uetustiora et  
expresiora proferimus, uicissimus

3. Clemens VIII. sponte sua nuper definiuit,  
confessionem et absolutionem inter abrenes  
non esse sacramentalem. Idem hic primo et  
postulo, quod illi urgent. prodatatur testimo  
nium in scriptura et Patribus, quo funde  
tur definitio hec nuperina. facta. Ita  
pudant. restitudo. uide aliorum. omnes. aut  
regiones facere. per magis explorata. exhi  
ment in scriptura et Patribus testimonia  
pro illis omnibus iam definitis, quam que  
pro immaculata Conceptione profuerunt.  
quod si non putant, deuant iam in ea defi  
niendo, quod ad honorem Virginis tanto  
pere fuerat, plura requirere, quam in  
tot alijs ab Ecclesia iam definitis fuerint  
requisita.



+ An propter reverentiam Doctorum  
 oppositum sententiarum sit ab hac  
 definitione derivandum

Cap. VII.

Incer alia argumenta, quibus Medina & B  
 q. ad dubi et a post a<sup>am</sup> conclus. et alij  
 accentiones concedunt, sententiam de Preser  
 vatione non esse ab Ecclesia definiendam,  
 unum est dictum ex reverentia erga paucos  
 Doctores, et Patres, quibus magna injuria  
 videretur inferri, si in ea, quod discrete ve  
 diderunt, et tradiderunt, cusperit esse decepti  
 post hanc definitionem Ecclesia depende  
 rentur.

Hoc argumentum ut refellamus 1.<sup>o</sup> ostendam  
 et si plures hactenus oppositum docuerint,  
 non tamen propterea negandum hanc sen  
 tentiam defini debere. 2.<sup>o</sup> non tot esse  
 pro contraria sententia, quot Aduersarij glorio  
 se iactant. 3.<sup>o</sup> longe plures a nostra, quam  
 ab illorum sententia stare.

Quoad <sup>mo</sup> 1<sup>o</sup> argumentum illud quicquam eo  
lovi haberet, nullas unquam rei ambiguae  
definitiones, nullum in causa fidei consultum  
esset a Summo Pontifice faciendum: quia  
quid enim definiendum est, prius in utraque  
parte controversum fuerit: necesse est, ut  
ostendimus, c. 9. ac proinde utrinque adhiberi  
oportet, qui sententias oppositas tueantur.  
Si ergo ne partis alterius exaltatio les-  
datur, nihil est in causa fidei decernen-  
dum, nulla erit unquam controversia  
sinienda: quod quam absurdum sit, etiam  
illi vident, qui nihil vident.

\* Quod ut clarius constet, contra ipsos adver-  
sarios sic breviter argumentum scholastico  
simul acumine, et simplicitate stringamus.  
In omni controversia rerum fidei, quae  
auctoritate Summi Pastoris indigent, ut  
componatur, utrinque semper adsunt viri  
gravissimi inter se discrepantes, ergo in  
omni controversia sinienda necesse est ut



multorum et doctorum sententia, reijcian-  
 tur. consequentia notissima est, nam questio,  
 de qua ambigitur non recedatur, nisi vel pro  
 una parte pronuntietur ac proinde altera  
 reijciatur: vel certe res prout ambigua  
 esse decernatur, et si quo d'ammodo pars  
 utraque reprobetur. Porro semper esse con-  
 troversias istas inter viros gravissimos et  
 doctissimos certum est, quia si dubitent tan-  
 tum et altercentur Rustici, et imperiti, non est  
 illa questio ecclesiastica, que egeat auctori-  
 tate summi Pastoris ut terminetur, sed est  
 vulgi dissidium, quod auctoritates tan-  
 tum privati Doctoris corrigere possunt. Argue  
 ex his non obscure conficitur, adeo ab ali-  
 qua questione definienda cavendum non esse,  
 ne contra auctoritatem gravium doctorum  
 et Parum pronuntietur, ut potius id circo  
 definienda res sit, et decidenda, quia utrin-  
 que graves auctores adsunt discrepantes.  
 Quid ergo dixerit aliquis: nihilne illud est.



52  
cum sancti plures quid contra fidei ren-  
sige declarantur: quò enim id illis pro-  
bò non sit, quomodo eorum auctoritatem  
non minuat; si autem deceptor ostendamus,  
aut quod turpius est, alios potius, aut uo-  
luisse decipere suspicemur.

Resp. p.<sup>o</sup> antequàm quid in causa fidei defi-  
niatur, nulli probò eris aut fraudi; si  
contrarium doceat aut existimet, quàm  
fuerit definitum: nihil enim contra fi-  
dem appeterit, cum nondum quid fidei  
tenendum sit, est promulgatum. At saltem  
deceptor esse constabit, unde in alijs eorum  
auctoritas vacillabit. Resp. non mirum,  
si Doctores, et Patres singuli, uel etiam  
multi simul, atque integra Ecclesia parti-  
cularis decipi possint, et decipiantur: neque  
enim infallibile iudicium aerum fidei  
illis promissum est, sed summo Pastori, et  
cum illa Ecclesia Universalis: cum ad-  
iungitur: Patrum inde auctoritatem



minuendam. Non uides id unde sequatur.  
 non enim minuitur alicuius existimatio, cum  
 tanti fit, quanti ab omnibus faciendus est.  
 dixi consulto. Pater unum aut plures, quia  
 de omnibus simul consentientibus aliter di-  
 cendum est. plures enim nonnunquam de  
 signi possunt: omnes nequaquam. 2.º Resp.  
 nec etiam ostendi deceptos, quia ut paulo  
 post constabit, doctores cum dissentiant  
 in re dubia, parati sunt id potius sequi,  
 quod Ecclesia definiert; atque ita ni-  
 hil unquam contra illorum sententiam  
 definitur, quicquid ante senserint, ut obser-  
 uat Bellarm. l. 3. de sac. c. no. et ante illum  
 elocuerat Argus de baptis. c. 3. 4. 7.  
 Hinc potius occurrit calumnia, quam ad-  
 uersum nos stuerere heretici possent: male  
 nimirum à Catholicis recitans Patrum  
 testimonia contra illos profert, quando et  
 ipsi quoque errare possunt. Nec enim uisum  
 nos auctoritate Patrum ad aliquid de fide



adhaerendum, nisi cum communi omnes con-  
sensu idem docuerint, aut si plures tantum,  
saltem alij non repugnauerint.

Hæc autem, quæ in uniuersam dicta sunt, iam  
evidenter confirmantur, si ad definitiones iam  
ab Ecclesia factas accommodentur. quædam  
ergo breuiter percurramus et demonstremus,  
uel male illas ab Ecclesia esse decisas, &  
argumentum aduersariorum aliquid ualere,  
uel certe quia istis male esse decisas non  
possunt, illorum argumentum nihil ualere;  
ne dicam absurde contra nos moueri et  
usurpari.

Primo ergo definitum est in Ecclesia, qui libri  
Canonici sint, et inter alios definitum  
distinguitur est; libros quosdam esse Cano-  
nicos, de quibus fuerat ante apud aliquos  
dubitatum: quales sunt Iob, Hester,  
Iudith, Macabe, Epistolæ ad Hebr. Apo-  
calypsis quos omnes iam de fide est diui-  
nam habere auctoritatem. Et tamen ante



quam huiusmodi definitio facta esse, et  
 postquam facta, antequam omnibus comper-  
 ta, aut animadverta, plures et gravissimi la-  
 bres et Doctores fuerunt, qui illos, ut Canonicos  
 non recipiebant.

• Sic librum Hæster in suo Canone non nume-  
 rabat. Melito Sardens. in Epist. ad cæcilius  
 apud Eusebium lib. 4. c. ab. Athanasius  
 in synopsis Hieron. pref. in Hæst. Amphilob.  
 in Lambis. Nazianz. in carm. de lib. sacry  
 plures alij apud Iuniam de partibus diuine  
 legis quibus add. ponunt Raban. c. 10. in  
 Hæster. Syran. Vgo Aurigeni addit. p. 2. c. 13.  
 Victorius Senen. lib. 1. et Cai. in Hæster.

• Similiter liber Iohannis fuit olim extra Catalo-  
 gum apud Hieronimum Ep. iiii. iis. post  
 galeas. prefat. in Iohann. et Dan. co. Athan.  
 in synop. Kalli. in eodem car. Melit. in  
 eadem ep. Origen. apud Euseb. l. 6. c. 15.  
 Pater Concilij Laodiceni c. 19. Proffir.  
 in Symbolum. Radulph. l. 1. q. in Levit.



et. Vgon. Vicar. prot. lib. de sac. c. r. Vgon  
Cardinalem in Torn. in prolog. Riccardi de  
L. Vic. s. a. except. c. q. Magist. historia  
prot. Tobia. Syranum p. Reg. ib. Abul  
ibidem Caiet. in fine Historial.

Eodem pacto a Canone excludebant librum  
Judith. idem Melito Pater Sacerdotum  
Nabianz. Amphil. Vocis vit. Ruffin. in  
Symb. et D. Hieronimus. id cuius que  
permittit arbitrio Ep. ad Junian. Regimus  
inquit in Judith. si cui tamen placet ipsum  
recipere. quod ipsum repetit Aggei. c. i.

Nec minor controversia olim fuit de Epi-  
stola ad Hebræos quam multi Canonicam  
aut D. Pauli esse negabant. de quibus ce-  
tatur Euseb. l. 8. c. 3. et D. Hieronimus de  
viris illust. in Paulo. ubi dicit hanc epi-  
istolam a quibusdam Latinorum negari esse  
Pauli. omitto sitens ne longior sim qui  
et quot dubitauerint de Baruch. de Maca-  
beis. de Apocal. de Epistola Jacobi. qui



plures et graues fuerunt.

His tamen omnibus eorumque auctoritati nihil derogatum censetur, cum quorundam librorum à Canone sacro reijciunt, Ecclesia postea in Canone recipiendos definiuit quare non derogatum. Quia cum Ecclesia aliquid huiusmodi definit, nihil contra illos patres definit. omnes enim quod sentiunt et docent ac adhuc dubia, et non dum decisa, ita sentiunt, et docentur parati sint ut potius sentire et docere quod Ecclesiae summus Pastor de illa controversia definiat, ut quare obseruat Cardinalis Bellarm. lib. 3. de verb. Dei. c. 10. arg. ult. l. a. de apo. c. n. ad 2. lib. 4. de Eccl. c. 10. pro. por. Sixtus sen. l. 7. Biblioth. cano. l. 1. c. 9. serar. in qual. Tobia. Iudith. Macca. bers. Alph. de Cast. adu. Seres. c. 7. l. 1. Med. de fide. l. 6. c. 9.

+ 2. Controversia aliquando fuit ante Beati Iuan. clara uisione Dei ante



resurrectionem corporam. Licet autem  
sententia negans, ut falsa in se erat,  
semper etiam habita fuerit improbabilior.  
Multi tamen negere sunt, qui illam de-  
fenderent: inter alios Joann. xxii. tam  
ante illi, ut privati Doctor adhaerebat,  
ut omnes undecunque conquireret, per-  
ad illam defendendam adduceret.  
Nec deerant, qui in eadem sententiam  
piscor. Patres, et quae deceminas cita-  
rent, quorum omnium refert verba  
Cardinalis Bellarmus de Saneis l. 9. c. 9.  
et sunt Irenaeus Origen. Cyprian. Theodor.  
Theophil. Oecumen. Hieron. Euseb. Lac-  
tant. Victorin. Hilari. Prudent. Ambros.  
August. Bern. Qui licet pie nunc et  
probabiliter explicentur, tamen ante-  
rem definitam a Joanne, et illius secta-  
toribus pro sua sententia satis favora-  
biliter adducebantur. Et tamen tot  
tantisque nominibus nihil obstantibus



Benedictus xij. contrariam sententiam de-  
 finivit, in extra. Benedictus Deus.  
 quam refert Catho. 2.<sup>o</sup> Beatitude. Et  
 sane in illa sententia Joannem fuisse  
 tradunt Adrian. in 4. q.<sup>o</sup> de confirm.  
 et Catho loc. cit. Cano. l. 6. c. 1. scilicet  
 refert ne quis lauream Doctoratus acci-  
 peret, nisi prius in hanc sententiam  
 iuraret. nihil tamen per contrariam  
 definitionem a Benedicto derogatum  
 fuisse existimatum est, vel Joanni  
 Pontifici, vel tot Doctoribus, qui idem  
 cum illo sentiebant, quia inquit Pel-  
 larminus illam sententiam sequeban-  
tur, cum adhuc liceret illam sentire  
sine periculo heresis, ac nondum ab Ec-  
clesia definita. Addit Cano. lib. 6. c. 1.  
 ad <sup>mo</sup> Joannem nihil unquam definire,  
 quin potius cum se ad id pararet, Dei pro-  
 videntia morte sublatus, ne id exequ-  
 retur, hereticum autem ob id non fuisse,



viciat inquit nec Ineneum, nec Pistor  
 tomum, nec Theophraticum, nec Pevnar  
 dum, quia nondum erat res per Ecclē  
 siam definita. Ergo in re ad eo gra  
 vi Pontifex et privatus Doctor et tot  
 alij patres sententiam illam secuti, quę  
 nihil admodum probabilitatis habebat,  
 ab omni probro excusandi sunt et ex  
 cusantur, quia non dum manifeste  
 decisa libentim adhuc erat in utraque  
 parte sentire. quicquid neget hanc  
 sententiam de Conceptione definiendam,  
 ne post definitionem probum aliquid  
 aut ignominia ipsis, qui contrarium ante  
 dixerint, vitæ gererent. Sane nullus est Pon  
 tificum, qui tam diserte psychica verit concep  
 tionem B. Virginis cum peccato, ut Joan  
 nes xxiii asseruit animas Beatorum non  
 dum videre Deum et licet omnes illi  
 Patres, quos recensui, pro Joannis sententia  
 in hunc facta definitione pie explicentur,



Ita tamen loquentur, ut nullus omnino ex  
 ijs, qui pro maculata Conceptione produ-  
 cebantur, tam clare loquatur, quare ut  
 nemine illi omnes pro definita senten-  
 tia explicentur, sic Immaculata Concep-  
 tione ab Ecclesia definita nulli iam  
 erunt pro contraria opinione, qui non  
 mollius et facilius in eandem definitam  
 veritatem exponantur, quam omnes illi,  
 quot pro sua sententia Ioannes offerebat.  
 et hoc satis de p<sup>o</sup> quod proposueramus.  
 Nunc ostendamus, eos qui Maculatam  
 Conceptionem docuerunt, nec plurimos esse,  
 nec tot quot illi predicant.

Auctores qui pro maculata Con-  
 ceptione adducuntur longe pau-  
 ciores esse quam ab Aduersarijs  
 gloriose iactantur.

Cap. es m<sup>o</sup>

Qui ab Aduersarijs pro sua sententia adducuntur



in decem nona classes distribuitur; Partem unam  
et scholasticorum alteram, et in utraque alij  
distinguntur qui id expresse tradiderunt  
alij qui tantum per ipsi loquerentur, de  
hactenus et quidem ex utroque genere infi-  
nitum prope numerum sibi coaceruant  
Ex Partibus enim Capitulij numerat ad  
quadraginta in 13. d. 13. Caput. Modestior e. 7.  
de concept. ad quindecim tantum reduxit  
relicta alij minus idoneis quorundam alior  
adiungit. Sano lib. 7. c. 1. longe plures de  
inde recentiores undique congreuerunt  
quos uel inuitos ad suffragium trahant. Ex  
scholasticis uero incredibilem alij summam  
conferunt nam Vincentius Bandell in tra-  
de concept. c. 10. refert pro sua sententia  
quatuordecim Doctores ex ordine Cisterciensi;  
duos supra triginta ex ordine minorum  
quindecim ex Augustiniana familia, duos  
ex Cartusiana, quo numero longe maiorem  
qui

Bandell



qui nunc controuersiam tractant a diuincant  
 ut qui est ignotum doctorum nomina legi  
 rit quasi nube testium obutus causa cedat  
 et obmutescat. Verum quia nudum auctorum  
 Catalogum texere liberum cuique est pro  
 arbitrio suo nisi diuincum fides exigatur  
 Age iam quam uere hoc ab illis accensur  
 per istas propositiones exquiramus.

Propositio ex sacris demperit unouel ab  
 tero ipse non antiquimist nullus est qui  
 exprese uel absolute tradiderit. B. Virginem  
 in originali conceptam. Probatur. Propositio  
 Nullus talis productus adhuc est nec produci  
 potest, aut si adest producatur. certe ex ijs  
 quos Caieranus adducit nullus in propria uer  
 borum forma, ut Canonista loquuntur, hoc  
 affirmat. quin potius si quid habet, magis contra  
 illum pugnat, quam contra nos, debet que tam  
 ab illo pie, et cum exceptione explicari pro Ho  
 licitate sancta et representatione a uenialibus,  
 quam a nobis debet pro sancta Conceptione, et



preservatione ab originali  
 Obijciunt p<sup>o</sup> Eusebium Emisenam ser. n. de Nat  
 Ani cuius hec sunt. A peccati originali ne  
quid nullus innocens existit nec etiam ipsa  
 Venitrix Redemptoris

Resp. p<sup>o</sup> per omnia fideliter uerba refertur, dicit  
 enim Eusebius, peccata neque ipsa Virga  
ra immunis fuit quod nemo negat, si est  
 de fide. Christus enim per se, omnes alij per  
 Christum. n. Resp. aliud est peccatum  
 originale, aliud nexus peccati, etiam ex ren  
 tentia. Caiet. eodem. c. 3. Peccatum dicit ma  
 culam ipsam, nexus peccati, dicit necessita  
 tem illam contrahendi. Virgo fuit immu  
 nis a macula peccati, non autem a b obliga  
 tione illa contrahendi, qui est nexus peccati,  
 quem agnoscit Eusebius in Virgine

Obijciunt Et. D. Bernardum Ep. ad Lugdunens  
 Virgo post conceptum in utero iam existen  
 sanctificationem uel dicitur accepisse, que exclu  
 so peccato sanctam fecerit Natiuitate, non <sup>nemo</sup> concept:



Resp. p<sup>o</sup> hunc esse unum et primum qui hoc  
 docuerit, propterea adiuncti in Propositione,  
nullum esse depresso uno uel altero. & absolute  
se hoc non pronuntiare, sed cum tacita condi-  
tionem. Eodem enim modo loquitur Bernardus  
 in illa Ep<sup>ta</sup> de Preservatione Virginis, ut de  
 festo Conceptionis, illam negat esse factam;  
 istam negat esse celebrandam: De hac tamen  
 non absolute negat, sed cum conditione, donec  
 (inquit) aliorum Ecclesiarum uideatur ut doctrinime  
 obseruat Card. Baronius. anno Christi 1136.  
 Ergo idem censendus est dicere de Preserua-  
 tione. Cum ergo nunc Ecclesia ubique cele-  
 bret Conceptionem, et presentim Romana ex  
 hortatu ipsius summi Pastoris, profecto condi-  
 tione impleta a D. Bernardo approita, ipse  
 quoque Conceptionem celebraret, ac proinde  
 etiam assereret B. Virginis preservationem  
 Propterea in propositione consulto dixi, nullum  
esse qui absolute negat preservationem, quia si  
 aliquis negat, non absolute loquitur, sed cum  
 conditione.



48  
Obijciunt 3.<sup>o</sup> Robertum S. i. in Cant. Anselmum. S. D.  
cur Deus homo e. ib. Gerardum Epum et Martin.  
in Ser. Nativ. B. Virg. qui hoc expresse et absolute  
docent.

Resp. p.<sup>o</sup> Anselmum manifeste esse pro nostra sen-  
tentia in alijs locis, que affer. Vasq. 3. p. 7. re-  
a. a. c. quare si tibi aliud docet, secum ipse  
est conciliandus. 2.<sup>o</sup> alij duo etiam si facultas illos  
videndi non fuerit, et Gerardus ille mihi penitus  
ignotus sit, ulro admittantur. Duo tamen sunt,  
nec satis antiqui, nec omnium doctissimi. Imma-  
nit ergo ille numerus gravissimorum Patrum  
quos multi prima diffidat ad duos tantum  
revertit.

Obijciunt 4.<sup>o</sup> S. Bonaventuram, S. Antonium Pa-  
tarinum, S. Bernardinum, S. Thoman. sed illi  
pertinent ad classem scholasticorum de quibus  
postea.

Proposio. Nullus est veterum Patrum, ex cuius  
dictis sententia de maculara conceptione va-  
lide deducatur. Probarur eodem modo sicut



precedens. nullus enim adhuc paruereus est, qui potius  
contra illos non faciat, pro quibus adducitur, quod  
si alij tales non sunt, producantur.

O bisunt p<sup>o</sup>. Patres qui generaliter de peccato loquen-  
tes sub illo omnes includunt preter Christum. Leo  
Ser. p<sup>o</sup> de Natiu: icut nullum a uerbo liberum  
ceperit, ita pro liberandis omnibus uenit. Cui.  
I. ib. in leuit. Solus Iesus est qui nunquam in-  
uenitur extra sancta, solus qui peccatum non  
fecit. Ambr. I. a. in luc. c. de circumcis. solus  
per omnia ex natis de foemina sanctus D.  
Iesus. August. a. contra Julian. et de perfect.  
iustit. circa medium dicit alium preter xpm  
excepere, esse contra Paulum. et tract. 4. in Jo  
omnes ex illa radice ueniunt de qua David  
In iniquitatibus conceptus sum solus ille agnus  
qui non ne uenit. Similia tradunt Fulgentius de  
fide c. a. Reg. mor. c. ar. l. 100

Resp. p<sup>o</sup>. Generales istas locutiones non solum sunt  
de peccato originali sed etiam de actuali. nec tan-  
tum de conceptu in peccato, sed etiam de Nati-  
uitate loquuntur quare & B. Virginem inclu-  
dunt, tam sunt contra Aduersarios, quam contra nos



August. ser. 9. de Nativ. uniuersè pronuntiatur  
solus sine peccato est natus quem sine uirili  
complexu obedientia genuit mentis. Et tamen  
B. Virgo sine peccato est nata. Præcip. quemad-  
modum generales locutiones in scriptura intell-  
guntur saluis præuilegijs B. Virginis, ita, et locu-  
tiones generales parum sunt intelligendæ. Non  
est homo qui non peccet, dicitur Paralip. a. c. 6.  
et tamen secundum Aduersarios B. Virgo nun-  
quam peccauit. Nemo mundus a corde, nec  
infans cuius unius diei uita est super terram  
Job. c. 14. et tamen B. Virgo munda nata est.  
Si ergo generalis enunciatio Virgini non præiudi-  
cat in scriptura, cur præiudicet apud Patres?  
et est regula Juris, edicta generalia quando uis  
uerbis amplissimis concepta, eos non complecti  
qui præuilegio Principis muniuntur nisi expressis  
uerbis præuilegio tam concessio derogetur. Cur  
ergo id in B. Virgine non admittatur? (3.º solus  
Christus excipitur à peccato, quia solus ex ui-  
sua Conceptionis ab illa immunis fuit. propterea  
dixit Ambrosius solus per omnia sanctus xps  
reliqui ita sine peccato, ut illi subiicere



debuerint. ita non peccantes, ut peccare potuerint  
 solus Christus nec obnoxius peccato, nec potens pec-  
 care: non ex noua gratia, sed ex natura sua  
 quia Deus erat.

2<sup>o</sup> obijciunt Patres qui signate de B. Virgine lo-  
 quentes, eius carnem peccaticem, aut carnem  
 peccati appellauerunt. August. 1. 10 super Gen  
 ad lit. ut citat Caiet. Corpus xpi quamuis ex  
carne femina assumptum sit, quae de illa car-  
nis peccati propagatione concepta fuerat, tamen  
quia non sic in ea conceptum fuit, quomodo  
fuerat illa concepta, ideo non fuit illa caro  
peccati, sed similitudo carnis peccati. et l. n. de pec-  
 cav. c. 14. Non sumpsit carnem peccati licet  
de materna carne peccati. Ambr. ser. 6. p. 1100  
 dicit Carnem Christi in matris fuisse obnoxiam  
peccato. S. Hieron. super Mat. (et adducitur à Ca-  
 ietano) quamuis Christus non erat peccator, nar-  
ram tamen humanam de peccatrice suscepit.  
 Ex quibus locis sic argumentatur: Caro Mariae  
 erat caro peccati, non quod illud commiserit, ergo  
 quod aliquando contraxerit sic illi existis Doctoribus



28  
Resp. esse peccatorem: non solum est peccasse, aut  
habuisse peccatum, sed etiam posse peccare, et  
obnoxium esse peccato, quantum ex natura sua.  
Caro Christi non erat caro peccati, nec peccatrix,  
quia peccare non poterat. A Virgo nam quod  
unquam peccasset aut aliquando peccatorum con-  
traxisset, sed quia peccare poterat, et peccatis ex  
natura sua obnoxia erat, habebat carnem peccati  
et peccatricem. Hec responsio confirmatur ex  
laudabili consuetudine multorum sanctorum,  
qui ex humilitatis affectu solent se ipsos peccatores  
maximos appellare. Quere enim, an falso id  
affirment, an uerè? non falso, quia mentirentur aut  
deciperentur, ergo uerè. Si igitur secundum Ad-  
uersarios peccatorum tantum is est, qui illud com-  
misit, aut habuit, maximus peccator erit, qui ma-  
xima peccata commiserit, aut contraxerit et ta-  
men plures ex illis, qui tales se appellant (ut de  
S. Francisco testatur S. Bonaventura) maxima  
peccata nunquam admittunt unde maximi pec-  
catores appetantur. Consequens ergo est, peccatores  
maximos se predicant, quia nisi diuina illos  
gratia protegeret, peccata maxima committerent







Et sanctificare esset semper à peccato, quod profuit,  
purgare. dicit enim ipse de se. quem pater  
sanctificavit et misit in Mundum, uos dicitis quia  
blasphematis. ¶ purificari ergo negatur uerbo sancti-  
ficancl, mundandi, purgandi necessario significa-  
re sordes aliquas et maculas in mundato et sancti-  
ficato processisse

Atque ex his patet quo nubes illa cœlestium detonne-  
rit. ex innumera enim Partibus, qui iacebantur,  
soli duo, iugè recentissimi, in contraria sententia  
reperiuntur

Venio iam ad Doctores scholasticos, de quibus in uni-  
uersum hec habeo dicere. P<sup>o</sup> plures olim fuisse  
in illa sententia: non tamen, & de antiquioribus  
loquamur, illam absolute tradidisse, sed sub con-  
ditione tacita, nisi festum Conceptionis ab ecclesia  
Romana celebraretur.

¶ alij, qui id absolute docuerunt, quamvis pla-  
urimi sint, ita tamen à nobis superantur, ut  
(quemadmodum dicebat Cæsar. in Reg. lib. 1) quasi  
arena mans ponunt illos oburere et operire, et  
contra singulos trecentis et quadrageni depugnare ut  
ex regi. capite constabit.



+ Longe plures tam ex Patribus, quam  
 ex scholasticis, pro Immaculata  
 Conceptione esse, quam contra illam

Cap. ix

Sicut argumentum optimi multitudo non sit, et sapien-  
 quilibet in Iudicio de quaque re ferendo senten-  
 tias potius ponderandas existimet, quam nume-  
 randas: quia tamen aduersarij nos hac parte  
 urgent ac presumunt, et in suorum numero adeo  
 gloriantur, ut penè triumphent, ut hoc illis se-  
 lum de manibus excuteremus, et hic ostenden-  
 dum, non solum superari illos a nobis auctorita-  
 tum pondere, sed etiam numero singulos recensendo,  
 qui a nobis sunt. Verum quia prolixum nimis  
 id esset, et forsitan molestum, contentus ero ingenem  
 eorum multitudinem ex sequentibus capitibus lecto-  
 ri coniiciendam relinquere.

In primis ergo Cicer. et q. et Med. dub. i. post  
 a<sup>am</sup> concl. q. ad a. n. r. p. Totum orbem in  
 Immaculatam Conceptionem testantur consensisse

*[Faint handwritten notes in the right margin]*



et necesse id. neque enim a solo consensu Patrum  
Dominicanorum, reliquorum omnium consensu  
ita turbari potest, quin uniuersalis totius  
orbis consensus uocari debeat et existimari,  
ut deinceps constabit.

3. omnes Religiosae familiae (depreta Dominicana  
eaque non tota) hanc opinionem secuta sunt  
a tempore quo festum Conceptionis ceptum est  
celebrari.

3. Religiosus ordo in honorem immaculate con-  
ceptionis institutus approbatus ab Alex<sup>o</sup>. Vi-  
Julio 2. Leone X: In cuius regula c. 3 dicitur  
Animam Virginis in p. instanti fuisse Sanctam.

4. Tempia plura in honorem eiusdem Concep-  
tionis Deo sunt consecrata, et Romae in territorio  
Circulano unum est liberaltate Alexandri  
Cardinalis Montali magnifice nuper excitatum  
et Religionis de obseruantia habitum cum hac  
insigni inscriptione in fonte exculpta. Con-  
ceptionis A. Virginis Immaculatae et hoc iudente  
approbante applaudente tota Romana Cuius

a Beata Virgini  
sine peccato ori-  
ginali concepta



- 5<sup>o</sup> Iesum Conceptionis immaculatae apud Graecos  
 ante mille annos institutum teste Salustino  
 l. 2. de arc. c. 5. de quo extat constitutio Ema-  
 nuelis Imperatoris apud Balsam. in Nomocano  
 Photij. tit. 7. c. 1. et apud Baron. in martirolog. co.  
 Decemb. cuius etiam festi apud Graecos antiquissimi  
 testis est sermo Leonis Imperatoris de quo Baron.  
 a. 1116. et extat in Bibliotheca Vaticana et etiam  
 in manuscriptis Bibliothecae Sforzianae n. 63. ut  
 testatur Gerardus Vossius in notis ad Sev. B. Eph-  
 rem de laud. Virginis tom. 13. operum eiusdem  
 Item alius sermo de eodem festo Gregorij Episcopi  
 Nicodemide de quo idem Vossius et Damasc. qui  
 floruit circa annum 710 in suo Martirologio  
 diem Conceptionis Mariae notavit addens illam  
 ante Conceptionem puram appellari ut refert  
 Canis. l. 1. de B. Virgine
- 6<sup>o</sup> Iesum festum apud Latinos aliquando serius,  
 sed tamen a nonnullis celebratum iam inde ab  
 anno 600. deinde ab alij anno 1107. et demum  
 ab uniuersali Ecclesia multo ante tempore fixi.



68  
Sicut q<sup>o</sup> ut uidere est apud Antonias tom. is. an.  
orob. in martirib. v. xmbis. Rozium lib. q. de  
signis c. v. Cornelium scultingum Bibliot. Ecclie  
tom. a. in festo Concept.

7<sup>o</sup> Octaua eiusdem festi publico decreto ab uniuerso  
Celestinarum ordine celebrata et miraculo euidenti  
confirmata, de quo apud Antonium Solarium  
lib. de ueni. et inuocat. sanctor. et eundem Corne  
lium

8<sup>o</sup> Iuris ciuilibus consulti prestantissimi cum uniuersa  
illorum schola, de quibus auctoratus Arnaldus  
Albertinus de dignitate propos. q. 17 que tamen  
quia nimis aer. censura oppositam sententiam  
pertingebat, merito deturcata est

9<sup>o</sup> Iuris Canonici Doctores, de quibus auctoratus  
Louan. in cap. Alma mater. p. n. 2. s. Navis  
p. 1. or. n. 9. Promptuarium humani, et diuini  
Iuris uer. Maria

10. Celebriores totius orbis Academicæ, quæ omnes  
hanc defendunt, ex quibus sunt quæ nullum  
ad Doctoratus insignia admittunt, nisi prius



reuerent sententiam de maculata conceptione  
non defensionum, ut restatur Catherin. opus de  
Concept quod seruatur presertim in Academia  
Parisiensi et Valentin<sup>a</sup>.

XI. Ex Dominicana familia plures grauissimi, et  
Doctissimi id docuerunt, et nunc etiam docent, et  
Viqueias Amb. Cather. Io. de Fenario Magister  
ordinis, de quo Catherinus, Claudius Notus apud  
Patrem Spinellum traie de festis B. Virginis  
ubi de Concept. et alij plures de quibus Titourey  
lib. 1. de punct. concept. c. 15.

12. Prauiones auctores pro contraria opinione allati  
eam non absolute, sed cum tacita conditione  
tradiderunt, nimirum, ut iam dixi, nisi festum  
Conceptionis publico consensu fidelium et a Ro-  
mana Ecclesia celebratur, quod egregie de B.  
Thoma, Antonino, et alijs probat Catherinus loco  
citato. Quod ad hoc competissimum testimonio A. Thoma  
q. ad. a. 15 ubi probat B. Virginem in utero san-  
cificatam Ecclesia inquit celebrat natiuitatem

et modo in Salma-  
censi (Complutensi. Valli-  
solensi (Comastellensi. H  
salensi. Osunensi. et  
alijs in Hisp. Vniuers  
Sicilianis et in Italia  
Neapolitano Vniuersitatibus  
et in German. (Coloni-  
ensi. et Moguntini.



B. Virginis, ergo B. Virgo in ipsa sua Natiuitate  
fuit Sancta. sic ille. quid nunc diceret uident  
celebrari festum Conceptionis? Ecclesia illam  
celebrat. Ergo Conceptio est Sancta. Non uideo  
quid hic ponat aliud, quam studium contradi-  
cendi profeni.

Cum igitur tot grauissimi Patres, et Auctores  
sint pro immaculata Conceptione, atque adeo  
uniuersalis consensus fidelium ab illa peti,  
etiam ex conceptione Caietani et Thesing. loco  
citato, minor, quomodo sibi adeo omnia insul-  
geant, et nihil alijs, ut si sententia de immacula-  
ta conceptione definiatur, Patribus opposita  
iniuriam fieri putent; si uero altera de macu-  
lata decernatur, communem totius orbis con-  
sensum uiolari non putent.

Respondent ad hoc Caiet. Cano. et Thes. locis  
citatis, hunc consensum esse uulgi et imperitorum,  
non Doctorum. Unde Caiet. c. 5. § 8. indulgent.  
probabilitas inquit opinionis de preservatione  
ducta ex comuni consensu uulgarem auctoritatem



non excedit, quia est contra opinionem Sapien-  
 tium, qui secuntur quod est probabile in uerita-  
 te: uulgi autem, quod est probabile in appa-  
 rentia. hec ille

Ad quod Resp. cum dicit, hunc consensum de  
 Preservatione Virginis esse uulgi, uel intelligit  
 de presentibus ad alterius opinionis presentes  
 auctores comparatis, et est arrogantisime, et con-  
 tumeliosissime dictum. nam ipsemet proxime  
 dixerat. omnes Catholici Latina Ecclesia  
arbitrantur se obsequium prestare Deo in  
huiusmodi sequela opinionis. sic ipse loquitur  
 quis autem audeat omnes Doctores Catholicos  
 Latini nominis appellare rude uulgi, et  
imperitum? uel dicit id propter priscos Patres,  
 pro quibus presentes omnes et sui et nostri tem-  
 poris sint uulgi ignobile, et tunc falsum  
 est quod ipse supponit, presentem consensum  
 non habere, sedum priscorum Patrum aucto-  
 ritatem; aut oppositam sententiam plures  
 habere ex uersibus, qui secum sentiant.



ratis enim ex dictis constat, preter Ricardum & Perardum  
(quem Ciceronius tantum vidit) nullum alium esse.  
At pro nobis sunt quot quot alicuius nominis in  
greca et Latina Ecclesia uixerunt ab anno. 606.  
qui opinionem suam testati sunt, dum festum  
Conceptionis celebrarunt. proter quos clarissima  
testimonia non desunt antiquiorum, qui hanc  
sententiam in propria uerborum forma (ut  
Theologi loquuntur) tradiderunt, ut sunt in  
primis ex Latinis Hieronimus ps. 77 August.  
de nat. et gra c. 36. sedul. b. n. de oper. Paschal.  
Cyr. de natura Christi Idiota in lib. consensu  
de uirg c. 2 et 6. tom. 13. Anst. Bruno: ps. 101  
Petr. Dam. serm. 13. de nat. Virg. Folkerus Car.  
not. 101. de A. Virg c. 1. ex grecis (ut omittam  
Innocentium et presbiteros Acaia. in uita Beati  
Andree.) Sophronius b. synodo act. ij. Damas.  
or. 1. de nat. quorum dicta adducunt, et ex  
pendunt Vasq. 13 p. 10. n. disp. 117 c. 9. et 9<sup>o</sup>  
Suar q. 17. a. 2. et ibidem Valent. Cloueus  
Catherinus, et alij loco citato.

Minor.



Minor probabilitas opposita opinionis ostenditur ex multis Capibus. et p<sup>o</sup> ex erroribus, in quos illius Auctores, ut illam defenderent, impegerunt.

Cap. ~~II~~ X.

Recte Arist. aphis. text. si. n. pronuntiauit, uno inconuenienti dato alia contingere: ex quo alij aliud axioma confecerunt, nonne nimirum non esse maxime absurdam illam sententiam, ex qua falsa, et absurda deducantur. quod si ita est, primum erit cuiuslibet intelligere, quanta sit probabilitas maculatae Conceptionis, cum ut illam defenderent, auctores illius, in tot errorum abrupca compulsi sint, quot mox recenseo.

Q<sup>o</sup> enim Bartholomeus Spina Magister ordinis auius est eos, qui defenderent immaculatam Conceptionem, heresis et erroris damnare, licet Constitutio Sixti 4<sup>ta</sup> iam pridem prodigret, et Ecclesia Romana festum sub titulo immaculatae Conceptionis celebraret: cumque illi eiusdem Sixti auctoritas obijceretur, non uentur

opinio de Conceptu maculato nunc aliquo modo probabilis est. minus tamen probabilitatis habet quam opposita: hanc minorem probabilitatem nunc ostendimus, clare probando, eam nunc esse, non improbabilem esse, quare a sua sede legitime permittitur. dixi signat. nam abiq; hae nihil ferme probabilitatis habet.



est affirmare ab Innocentio p.<sup>o</sup> sententiam de  
immaculata Conceptione esse damnatam, he-  
reticorq. ab illo declaratos, qui eam seque-  
rentur. atq. ita bonus uir, ut scopulo adhe-  
ceret, quem semel naufragus apprehenderat,  
duos summos Pontifices commisit, duasque  
illorum oppositas constitutiones commentus  
est, quarum altera ut hereticum precise  
damnaret, quod affirmatum erat ab altera.  
hanc esse errorem expresse tradidit in  
suo tract. de Concept. illiusque meminit Ca-  
cherinus in opus. lib. i. et. n. quam uero  
perniciosus ille sit, res ipsa loquitur, nec ue-  
bis opus est ut explicetur.

2  
4. c. genr. cap.  
10 et alij post illud  
opus varq. clis. iib  
c. i. in 3. p.  
2. Genanensis etiam Magister ordinis et alij  
post illum cum urgerentur illo argum.  
h. uirgo non est preservata, uel quia Deus  
non potuit uel quia non deuit uel quia no-  
luit. uenti istud certum, h. duo prima  
admissent, negarent precise preservatam,  
quia Deus illam non potuit preservare,  
cum tamen saltem post tempora Sixti 4.  
id sine errore esse non potuit, ut etiam fateatur  
Caiet. 3. p. quest. 27. a. 2. et opus suo. c. 3. et 4.



et similiter Cano. loco supra citato ex alijs  
 ueris Sabr. in B. d. B. negare id posse fieri  
 hereticum pronuntiat et Villeg. in urt. Sanctor.  
 ubi de hoc festo dicit, esse blasphemum. quod  
 enim aliud ex illa constit. Sicut et alijs Ale  
 xandri Vi. July ii. Sy V. Pauli V. colligitur,  
 non certissimum esse, potuisse hoc fieri non  
 dum autem definitum an factum sit: qui  
 enim maculatam conceptionem defendunt, te  
 nentur immaculatam probabilem existimare.  
 quod autem probabile est esse factum, neces  
 sario concedi debet fieri potuisse.

3<sup>o</sup> Urgebatur Lactantius, quod si argumenta  
 contra immaculatam Conceptionem quicquam  
 ualere, Sanctam quoque Natiuitatem  
 labefactarent. ut illa ergo in suo robore  
 contra Conceptionem permanerent, admittit  
 A. Virginem sine peccato natam, non certa  
 fide exploratum esse, sed pie tantum, et  
 probabiliter existimari: qui error est mani  
 festissimus, ut rectè aduertit Cacher. lib. 4.  
 in Cæret, et contra, quia Sancta Virginis  
 Natiuitas fide diuina creditur, ut fusi





Revelat. B. Brigittae  
 probare fuisse a Reg.  
 xi. vrb. vi. Martini  
 ex Cardin. Jurreor.  
 in prologo prefato  
 revelat. hanc eiusdem  
 addit. se unum fu-  
 isse ex ijs qui ad  
 eas aspiciendas des-  
 tinati fuer. in Conc.  
 Natis. et S. Brigittae  
 canonizatae. confir-  
 matae fuisse ab In-  
 nocentio 4. et Martinus  
 et hinc eiusdem re-  
 velat. Bullae autem  
 eas ipse illi referat.

explicans Varg. et suar. 3. p. quest. ad a. 1.  
 et ante ipsos Corduba lib. i. q. 44

1. eidem Caiet. obiecta est auctoritas S. Bri-  
 gitte, cui revelata dicitur immaculata con-  
 ceptio. eam ipse eleuavit, litteris illi de sua  
 canonizatione intendendo: cum tamen ea a  
 Concilio constanti. fuerit consecrata et deinde  
 a summo Pontifice specialiter confirmata et  
 ab uniuersali Ecclesia iam pridem religiose  
 receptam.

2. Obiiebantur eidem Caietano miracula et  
 reuelationes plures in testimonium et confir-  
 mationem immaculatae Conceptionis. uniuers  
 saliter respondit, illa omnia esse illusiones  
 anicularum et figmenta otiosorum, cum  
 tamen in officio auctoritate Sixti 4. compo-  
 sito et ab uniuersali tunc Ecclesia celebrato  
 plures ex illis reuelationibus continerentur.  
 et miracula illa a uiris fide dignis aliqui  
 dignissimis litteris mandata essent, ut ipse  
 met non ignorabas et fatebaris.

3. opponebatur eidem Caiet. Reuelationes  
 et miracula, quae referuntur de Conceptione  
 tantae esse auctoritatis, nihilquae minus  
 habere



habere, quam aliae revelationes et miracula,  
 quorū Sanctorum canonisationibus antecesserunt.  
 Ipse cum negare non posset, eo progressus est,  
 ut diceret, propterea canonisationes Sanctorum  
 non esse de fide certas, quod eiusmodi mira-  
 culis et revelationibus, quae humanis sunt  
 mixtae testimonijs, nitentur, quo quid absur-  
 dius? Nam enim per illum nullus in Eccle-  
 sia certus erit de sanctitate S. Thomae, Catherinae  
 senensis, et aliorum.

- 7<sup>o</sup> cum hinc acius urgeretur et premeretur uicem  
 Caeteranus, ulterius adiunxit, posse quidem Pon-  
 tificem definire aliquo de fide credendum,  
 sed tunc demum, cum in illius aut uniuersa-  
 lis sinodi conspectu factum fuerit eiuscentri-  
 me uerum et indubiatum miraculum ad  
 hoc expressè conuertendum quod definit. et  
 hoc ille miraculum sic patratum requirit,  
 ut ponit Pontifex aut Ecclesia Immaculatae  
 Conceptionem ut de fide iam tenendam de-  
 clarare. quod quam sit absurdum, quantum  
 deroget apostolicae Teori, quam contrarium  
 sit consuetudini hactenus in ecclesia seruatae



in rebus fidei decernendis nemo non uidet.  
Quid enim dicendum nobis est, si nihil iam  
Pontifex potest credendum decernere, nisi ad  
quod certificandum euidens et indubitatum mi-  
raculum processerit?

8<sup>o</sup> Inuenta est ab eodem Caiet.<sup>o</sup> et à Medina  
ab hisque deinde accepta distinctio inter piam  
et uerum, concessumq. ab illis est paucisque  
iudicatum, opinionem de maculata Conceptio-  
ne esse magis ueram, de immaculata uero  
magis piam, quati ponit esse pietas sine ueri-  
tate, cum ut docet Ciprian: et ante illum  
Cervull. lib. de patient. c. i. pietas non uera,  
pietas non sit, sed uana superbitio, aliudque  
affirmare sit manifestus error.

9<sup>o</sup> Alij recentiores cum urgerentur ex officio de  
immaculata Conceptione à Sixto 4<sup>o</sup> approbato  
et commendato. Responderunt à Pio 5<sup>o</sup> illud  
fuisse sublatum, tacite per id concedentes, in  
eo peccasse Sixtum, eiusque errorem à Pio  
reuocatum. In quo tamen ipsi grauissime er-  
rauerunt et errant multipliciter. p<sup>o</sup> quia conce-  
dunt, Sixtum errasse in eo confirmando, quod  
spectabat ad fidem et cultum Religionis  
et quod

Med. 13. p. 9. 22  
a. r. post. 6. com.  
chul. ad 2.



et quod peculiari constitutione in extravagantes  
 inserta christiano orbi commendaueat. hoc  
 enim semel admissio, quis restat inconcussa in  
 Ecclesia Dei? nam eodem modo dicent alij,  
 errasse Pium in sua constitutione. h. potest  
 in sua errare Sixtus. 1.º falsum est à Pio  
 V. reuocatum illud officium, quatenus erat Con-  
 ceptionis, tantummodo enim à Breuiatio com-  
 muni sublatum est, per generalem sanctionem,  
 qua omnia officia, que instituta fuerant citra  
 200 annos collebantur, illis iterum assumptis aut  
 seruatis, que ante 200 annos inceperant. 3.º idem  
 Pius illud ipsum officium sub nomine immaculatz  
 Conceptionis approbavit minoribusq. concecit, simul  
 cum suis octauis et Priuilegio Indulgentiarum re-  
 citandum. 4.º quod diximus confirmatur, quia  
 per eandem generalem sanctionem ad idem quo  
 que est officium Purificationis à nouo Breuia-  
 tio propter eandem rationem, quia eius institu-  
 tio ultra 200. retis annos non extendebatur,  
 quod tamen deinde noua Sixti V.º constitu-  
 tio iterum est reuocatum, nec tamen quisquam  
 ita opinor ineptiet, ut paret uel Pium officium  
 Purificationis abrogare, quod illud non probaret

Fimo et nunc de  
 nouo a S. D. P. Pau-  
 lo II. V. eidem mi-  
 noribus approbatur  
 extat. Romæ ano.  
 1545. in presbitero.



vel. Sixtum illud iterum resumimus, quod Pius  
enonis damnaret. 5.º denique idem Pius man-  
davit officium idem fieri de conceptione, quod  
de Natiuitate, ac prouise ita illam dici sanctam,  
ut ita dicitur

2.º D. Tho. q. 17. a. 2.ª sic explicat festum conceptionis,  
quod alicubi tamen suo tempore celebrabatur,  
pote interpretari de sanctificatione, quando cunque  
illa contigerit. que doctrina nulli calumnia  
subiacet pro tempore, quo tradita est. At recentiores  
illam passim usurparunt et usurpant  
adhuc post tempora Sixti 4.º in quo grauissi-  
me peccant tripliciter. 1.º quia Sixtus in  
sua constitutione discrete dicit, celebrandum fes-  
tum illud, cuius officium commendat et tradit.  
illud autem officium est de immaculata  
conceptione et sine peccato originali, ut constat  
ex uersibus, antiphonis et lectionibus. 2.º  
quia idem Sixtus cum hanc interpretationem  
auisisset, declarauit, non sanctificationem quomodo  
docungit, sed conceptionem immaculatam esse  
celebrandam quam constitutionem refert Bo-  
dug. c. 1. q. 52. art. 1. de regularibus. 3.º peccant  
quia totus ordo, qui festum celebrat, preueniunt  
non sanctificationem eo modo, quo ipsi intelligunt,  
sed



sed Conceptionem se celebrare testatur puram,  
sanctam et immaculatam

ij.° obijcitur aduersarijs totus Christianus orbis, cum  
suis Vniuersitatibus, cum publicis Academijs, cum  
priuatis Ecclesijs, obijciuntur Summi Pontifices,  
Episcopi, Principes omnes ecclesiastici et seculares,  
qui in immaculatam Conceptionem consenserunt.  
Respondetur, non ob id opinionem esse magis proba-  
bilem: quia probabilitas non ex multitudine de-  
sumitur opinantium, sed ex auctoritate, quae est ex  
sapientia et doctrina: quo dicto omnes alios, qui  
in abe Christiano florent et flourerunt, inter  
rudium et imperitorum greges recensent, se solos  
doctos appellant, secunq[ue] sumtaxat sapientia[m]  
uolunt habitare. Ex quo quod sequi potuit in  
Ecclesia, perse satis patet.

hic Caiet. in suo  
opus. c. 5. et alij  
pot. illud.

12. Alij ut eam sententia[m] quam aliter non pote-  
rant tuerentur, ad ueritas artes conuersi sunt:  
ex quibus quatuor publici Bernae incinerati an-  
no. 1509. ut breuiter indicat Carther in suo opus  
I. n. cxxi.° et est diuise explicatum in Hispanice  
ad Cronie Euseby: sub illum annus, pluribusq[ue]  
explicat Martinus Delio in disquisit. mag. Soc.  
ut. I. 4. c. i. §. 3. sect. 4.°

= Ex his ergo colligitur ut hanc opinionem tuerentur



Aduersarij omnia confundere. nam reuocata  
est in dubium Sancta Marietas, Mota hinc  
est de sua canonisatione B. Brigittæ, Admissus  
horrendum diuidium inter Pontifices ut id unus  
approbauerit quod ut hereticum aliter damnaue-  
rat: eleuata miraculorum fides elusa reue-  
lationes, reiecta probabilitum auctorum testata  
scripta: Sancti omnes citè canonizati de sua  
gloria in incerto positi, orbis christianus totus  
paucis propositus; Academia, Vniuersitates pri-  
uatae Ecclesia, ipsaq. Romana velum quidem  
pietatis habere sed non scientiam iudicata:  
denique paucorum hominum manipulus (quid  
enim aliter appelleretur, si cum reliquo christia-  
no orbe conferatur) manipulus hic, inquam,  
in quo non Episcopi, non priuatae ecclesie,  
non maiores Pontifices, cæteri illi in rectè  
sentiendo. Presbiteri, qui ex omnibus dignitatibus  
constat in christi ecclesia exiguis institutio-  
ne presidentibus.

Hoc caput absolueram, nisi me ad aliud prope-  
rantem lector iniectas quasi manus retraxisset;  
studium enim eius accendimus, non exin-  
ximus, cum quid suboscure indicauius de

Bernesi



Bernens: scelere distinctius enim aliquid sibi  
 postulabat explicari, ut ubi fas contineret, intel  
 ligatur. Age ergo; morem illi geramus. Res  
 est, ut dixi, in Appendixe ad Cronicon Eusebii no  
 tata. Breuiter a Cartherino subindicata tacite;  
 fuisse uero tradita à fratre nicolao Baselio in  
 Auctar. ad cron: Naucleni, et à fr. Laurentio su  
 no in sua obis historia utrobique sub annis  
 1509. ex quibus ut gesta fuerit paucis sic acci  
 pe. Quatuor fuerunt Bernæ ex Dominicana fa  
 milia, in quibus Prior et subprior, qui cum aliter  
 non possent, falsis miraculis, insanis uaticina  
 tionibus, uenis ludibrijs, maculatum conceptiones  
 inserere uulgi animis nitentur. ob id obli  
 ti iuris omnis, et æqui fas, nefasque iuxta ha  
 buere; multa ergo cum scelestè impiè sacri  
 legèque parauerunt, iudicio proditi sunt, unius  
 ex ordine, qui laicus erat. comprehensi, detenti  
 legitime interrogati sunt per publicum Inqui  
 sitorem, et duos Episcopos ad id proprie delegatos,  
 tandem scelorum conuicti et confessi, sed nunquam  
 impietatis periti, damnati exsecrati et quatuor  
 omnes summo ad extremum supplicio affecti sunt.  
 cetera uero persequuntur, ex quibus hæc strictim.



Duce hinc, quanta sit in illa opinione pietas,  
cuius pertinax serudium ad talia patienda per  
suevit.

Eiusdem opinionis improbabilitas osten-  
ditur ex defectu fundamentorum quibus  
hactenus nitabatur.

### Cap. xi.

Sola probabilitas, quam habuit unquam macula-  
ta Conceptio, ex illis fundamentis desumi de-  
bet, quibus ad id asserendum ij permoti sunt,  
qui auctoritate deinde sua in id alios per-  
traxerunt. Isti autem sunt antiqui Theologi, et  
in his precipue B. Bernardus, Thomas, Bo-  
naventura, Alex. Alex. et alij persimiles, qui  
cum illis, aut proxime post illos floruerunt.  
Si ergo ostenderimus, rationes, quibus illi per-  
muebantur, esse iam nullas, et prorsum ceasare,  
simul etiam constabit, opinionem istam om-  
ni probabilitate carere, tantumq. defendi  
posse, quia tolleratur. Primum fundamentum  
fuit B. Bernardi, qui in ep. ad Canonicos  
Lugdunens. ielcirco improbat celebrationem  
Conceptionis et eius immunitatem a peccato, quia  
Romana illam Ecclesia non celebrabat. eos  
enim



enim statim in principio abrigat, quod induxerint  
 celebritatem, quam inquit ritus Ecclesie nescit.  
 quod paulo post acies urgens hoc quasi argu-  
 mentum contra illos stringit. Ecclesia pluri-  
 ma alia celebrat et predicat in Virgine, et non  
 celebrat, nec predicat, nec honorat conceptionem  
 sine peccato, presumptuosum ergo est, illam  
 inducere, et plus quam illa sapit, velle sapere.  
Vnde subdit. ego vero quod ab illa accepi, re-  
curus et teneo et habeo, quod non, scrupulosius  
fateor admiscerim. remiserat enim de B. Virg.  
 celebrari et predicari sanctam natiuitatem, glo-  
 riosam Assumptionem partum sine dolore,  
 conceptionem sine concupiscentia, uitam sine  
 labe, carnem sine corruptione, uirginitatem  
 cum fecunditate. quia (inquit) hec mihi de  
illa cantat Ecclesia, et me eandem docuit  
decantare. at Conceptionem immaculatam non  
 admittendam, quia ab illa non sit. quare, con-  
 cludit, antequam factum indickeretur uel con-  
 ceptio ipsa sancta predicaretur, consulenda prius  
fuit apostolica sedis auctoritas. inde cum multa  
 alia ardentia adiunxisset, Epistolam tandem  
 hac clauicula consignat digna prorsus Per



87  
nandi sanitate, quae autem dixi, absque iudicio  
sane dictas sint sanius sapientis: Roma  
nq; presertim Ecclesiae, <sup>cuus</sup> auctoritati, atque exami  
ni totum hoc, sicut, et cetera, quae huiusmodi sunt  
uniuersa reserua, ipsius si quid aliter sapio pa  
tris iudicio emendare. hęc Bernardus <sup>ad</sup>  
Eodē fundamento usus est Bonaventura in d. 3. q. 1.  
cum enim permisisset, solum Christum sine pec  
cato conceptum, propterea inquit nullius Con  
ceptionis solemnitatem celebrat Ecclesia, nisi  
Christi in Annuntiatione Virginis. Hinc obijcit  
quosdam ex deuotione Conceptionem <sup>et</sup>  
Virginis celebrare. Respondet: illos se nec  
audere approbare, nec reprehendere; non  
approbare, quia Ecclesia uniuersalis hanc  
solemnitatem non celebrat; non reprehendere,  
quia ut aliqui dicunt (inquit), solemnitas  
ista non cepit inuentione humana, sed  
auctoritate diuina.

6 Huiusmodi euenit  
magnificans est.  
Bernardus. n. fuit  
p̄ assertor maculari  
Concep̄<sup>ti</sup> cuius de  
inde aude alij  
oēs scolastici par  
mot: sunt ut uideat  
et apud Thomam et  
Henr. Bonau. Ali  
cdo. et Thomam

Hoc fundamentum iam pridē euersum est, ut  
omnes uident: Ecclesia enim Romana, et ab il  
la omnes alia per orbem diffusq; conceptionem  
celebrant. non est ergo amplius ritus hic ab  
Ecclesia ignoratus et inconsulta Sede apostolica

inductus



inductus sed ab illa approbatus, admissus, omni-  
 bus alijs traditus et commendatus. et hoc funda-  
 mento everso novum pro nobis excutitur ad  
 notam sententia ex auctoritate horum duorum  
 sanctorum stabilendam. nec enim aliud ab  
 Auctorarijs exigimus, quam ut cum illis ren-  
 tiant, qui nobis opponunt; opponunt Bernar-  
 dum. opponunt Romanentura. utrumque  
 sequantur. Dicit Bernardus, non esse tenen-  
 dam aut predicandam conceptionem Virginis  
 sine peccato, quia non est illius festum cele-  
 brandum. non esse hoc celebrandum quia  
 Ecclesia non celebrat; et si aliqui celebrant,  
 inconsulta Apostolica sede id esse inductum,  
 sine qua nihil in re adeo gravi sit inno-  
 uandum. quod si Ecclesia id celebrat, si con-  
 sulta sedes apostolica annuat, esse se-  
 quendum. Ecce iam Ecclesia ubique ce-  
 lebrat: consulto sedes apostolica non solum  
 annuit, sed mandat celebrari, et ipsa celebrat,  
 predicatque conceptionem dignissima ipsam  
 verbis, quibus dignissima predicat Nativitatem.  
 obtemperent ergo Bernardo, et id amplectantur.  
 quod ipse dicit si Ecclesia sequitur amplectendum



et hec de hoc Sancto dicta de Beato etiam  
Bonaventura intelligantur

Ad Rom. 3. 23.  
1 ad Corint. 15.  
2 ad Corint. 5.  
ad Ephes. 1. 1.

<sup>m</sup> fundamentum fuit ab auctoritate scripturarum  
ex illis propositionibus desumptum quae clau-  
dunt omnes sub peccato. dicuntq. omnes in  
Adamo peccasse. in illo mortuos. et esse filios  
irae. hoc fundamento S. Thomas S. Bonau.  
et alij antiquiores Theologi, aut illis equa-  
les potuerunt probabiliter uti, nostro tempo-  
re nullus iam potest. Ratio est quia qui  
illo uti uolunt, necesse est ut protestationem  
permittant oppositam penitus protestationi  
Concilij Tridentini, hoc enim loquens de Bea-  
ta Virgine recte s. initio, ante omnia protesta-  
tur, non esse intentionis suae includere Be-  
atam Virginem in illis locutionibus, quae uni-  
uersaliter loquuntur de peccato originali: at  
istis, qui ex illis locutionibus probare uolunt  
maculatam Conceptionem, necesse prius ha-  
beret protestari, intentionis suae esse, cum  
loquuntur de peccato, B. Virginem a billis  
propositionibus non excludere, ergo ut  
hoc fundamento utantur, ut prius illis opus  
est protestatione penitus opposita Patribus

Tridini



Tridentinis.

Dicit Tridentinum non loquitur de propositionibus scripturis, sed de suo decreto. sic enim habet. Declarat S. Synodus non esse sui intentionis comprehendere in hoc decreto ubi de de peccato agitur. Beatam et immaculatam Virginem Mariam.

Resp. decretum Tridentini fundatur a sed in illis propositionibus uniuersalibus, quas ibi ex scriptura adducit, cum ergo declarat non comprehendere in decreto ubi de peccato originali agitur Beatam Virginem, declarat simul non includi illis propositionibus uniuersalibus. in illis enim de peccato agitur et ad id in decreto adducuntur.

3<sup>m</sup> fundamentum est auctoritatis Patrum, sed hoc quam nullum iam sit, et semper fuerit, satis ostendimus superiori disput. c. 7. Nunc tua tantum ad id euentendum breuiter annotasse sufficiat. P<sup>m</sup> nulli sancti Patres sunt, qui discrete et expresse dicant, B Virginem ita conceptam immaculatam et culpa originali, ut uere fuerit mancipium diaboli, inimica Dei, filia gehennae. hoc



enim tantum nunc agitur, et propterea hic  
tantum gradum figimus. an autem in alio  
sensu dicere fortasse poterint, subiacuisse  
originali, mox videbimus. 2.<sup>o</sup> qui discrete  
dicant, conceptam in originali, unum tantum,  
uel summum duo sunt, Bernardus et Rupertus.  
Sed Bernardi sensus qui sit, satis apparet:  
De Ruperto non ualde solliciti sumus. quidquid  
enim de hoc sensent, eius auctoritas tanti no-  
bis esse <sup>non</sup> debet, cum sepius, et grauissime offen-  
derit, ut constat in materia de sanctissimo  
Eucharistia. 1.<sup>us</sup> ferme in illa assertor im-  
panationis. 3.<sup>o</sup> qui uniuersis, et per uerba gene-  
ralia loquuntur, non sunt contra nos. nec ex  
illis possunt aduersarij quidquam probare, nisi  
prius protestationem premittant oppositam peni-  
tus Augustino: hic enim loco sepius citato sic  
protestatur, cum loquitur de peccatoribus et  
peccatis. De B. Virgine Maria propter honorem  
Domini cum de peccatis agitur nullam uolo  
habere questionem. per quam protestationem  
fidelibus hanc regulam sequendam prescribit,  
ut quotiescunque de peccatis est sermo, Beata



Virgo temper intelligatur exclusa; quantumvis  
 propositiones latae, ampla, et sine ulla ex-  
 ceptione preferantur. hoc Augustinus. In uero  
 quid aduersa omnia: nos (inquirunt) cum  
 de peccati agitur, etiam de B. Virgine uolu-  
 mus haberi sermonem, et ita de illa intelli-  
 gi, ut de alijs, quicquid ita sine exceptione  
 prolatum est, ut ipsam non excludat, nec alios.  
 Viderint ergo, quam ualide et probabiliter  
 ponunt ex hoc fundamento argumentari, quo  
 non aliter illi utendum est, quam oppositum  
 plane eius, quod Augustinus praecipit, admittendo.

4<sup>m</sup> fundamentum erat ab auctoritate scholasti-  
 corum ueterum. hoc etiam plane euersum  
 breuiter ostendo dupliciter. 1<sup>o</sup> quia fundamen-  
 tum praecipuum quo ipsi scholastici nitentur,  
 sublatum est. quod istud erat: hoc nimirum  
 conceptio immaculata repugnat scripturis et  
 Ecclesiae, ergo non admittenda. scriptura  
 quia uniuersaliter omnes claudit sub peccato.  
 Ecclesiae quia haec cum multis alia de Vir-  
 gine celebrat, istam non celebrat. hoc funda-  
 mento utuntur Alensis. Bonau. D. Thom. Durand.



32  
Riccardi. Uldaric. Alcinio. et omnes denique  
scholastici antiquiores, quorum dicta refert. Di  
on. in B. d. 3. q. 1. Utumque sublatum. nam  
non repugnat scripturæ, ut constat ex sexto  
4.º et Tridentino non repugnat Ecclesiæ, ut  
constat ex festi celebratione = et observat,  
non dixerint illos repugnare scripturæ, et  
Ecclesiæ positivè, sed negativè. repugna  
re, nimirum Ecclesiæ, quia illam non  
approbat, repugnare scripturæ, quia Beata  
tam Virginem non excludit, suum autem  
non esse putabant, facente Ecclesiâ univer  
salem, propositiones scripturæ privata excep  
tione restringere.

Hoc ita esse confirmatur, quia adversarij  
non solum concedunt, scorum esse pro no  
bis, sed primum Auctorem et antesignanum  
faciunt nostræ opinionis. hic autem eodem  
ferme modo loquitur de Conceptione, quo  
alii scholastici loquuntur, ergo si concedunt  
hunc nobis concedent et alios. sic enim ille  
habet d. 3. l. 3. q. 1. potuit inquit Deus face  
re ne B. Virgo esset unquam in originali peccato.



potuit ut tantum in uno instanti esset in illo,  
 potuit et ut per tempus: quid autem horum  
 trium factum sit, Deus novit: et h. auctoritatibus  
 scripturarum et Ecclesie non repugnaret, videtur  
 probabile, quod excellentius est ascribere Mariæ  
 propter ista verba scotus accepimus et nimis  
 auctor ab omnibus predicatur Immaculata conce-  
 ptionis; que eadem sunt in reliquis scholasticis  
 antiquioribus. omnes, enim dicunt, opinionem in  
 se esse piam, esse probabilem. et Bonau. adiungit,  
 multiplici congruentia posse fulciri, tum propter  
 Christi honorem precipuum, tum propter preroga-  
 tivam Virginis, nimirum quia ut dicebat scotus,  
 h. res in se consideretur, honorificentius est Chris-  
 to, si Virginem redemisse et liberasse, et Virgini  
 sic esse redemptam et liberatam. at ob reveren-  
 tiam Ecclesie dicunt omnes, aliam esse magis  
 tenendam. solum autem scotus alios excedit,  
 quod aperte pronuntiat, precisa auctoritate Ec-  
 clesie et scripturarum omnino probabilius esse pre-  
 servatam, quia hoc inquit est excellentius. at  
 alij timidius loquuntur, ita tamen non obscure  
 significant, si res in se spectetur etiam probabilius



hoc esse. si ergo quia Ecclesia non repugnat,  
et declaravit scripturam non repugnare, putatur  
adimpleta conditio, quam scotus appropinquat,  
cur non et idem de alijs scholasticis asseratur?  
sed de hoc plura non addo. satis enim ex his  
et ijs, que discussimus cap. 7. in alia disput.  
sensus veterum scholasticorum de nostro opi  
nionem constare potest.

2. Antiquis scholasticis peccatum originale est  
ex eo genere nominum que Philosophi ana  
loga attributionis appellant. plura ergo per  
illud intelligunt. nempe pronitatem naturam  
ad malum, fomitemque peccandi, corruptionem  
carnis, esse obnoxium mortis, peccatum in Adamo,  
in illo esse mortuum, et maculam denique  
labemque anime contraxisse. hec omnia proni  
tate nomine peccati originalis intelligunt. quid  
autem ex his proprie, non est facile, nisi ex  
antecedentibus et consequentibus, iudicare. Ratio  
varia huius significationis est, quia in sanctis  
Patribus et scripturis, peccatum simpliciter etiam  
in hac ambiguitate reperitur. tam enim dicitur  
peccatum culpa et feditas anime, quam causa  
illius



illius, aut illius effectus, aut illius hostia et ex-  
 piatione, ut pluribus docet August. Similiter ergo  
 in eandem significationis ambiguitatem pecca-  
 tum originale et sancti Patres et scholastici ac-  
 ceperunt. hinc est, quod non semper, cum dicunt  
 B. Virginem subiacuisse originali peccato. intel-  
 ligendi sint de controversia loqui, quae nunc  
 agitur. argumentum enim tunc fieret a plu-  
 ribus confuse acceptis ad unum, nam nos que-  
 rimus precise, an Beata Virgo subiacuerit pec-  
 cato originali, per id intelligendo maculam, cul-  
 pam, inimicitiam cum Deo, captivitatem dia-  
 boli, damnationem mortis aeternae. At illi in  
 ea laxa significatione uocabulum id usus-  
 pantes, unum aliquod ex illis intelligunt, quae  
 potest illud significare, et plerique illorum con-  
 tenti sunt subiacuisse originali. id est peccasse  
 in Adamo. alij subiacuisse originali. id est, ha-  
 buisse fomitem, et carnem ex natura sua obno-  
 xiam corruptioni; alij, fuisse mortuam in Adamo.  
 nullus autem, quod meminerim, discrete tradidit,  
 contraxisse originale peccatum. id est, ma-  
 culatam fuisse, fuisse mancipium satanae, in

a. 1. de nupt. et  
 concup. c. 2. l. 1.  
 c. 2. dicit epistolae Pelag.  
 c. 1. l. 3. de  
 lib. arbit. c. 19



eternum damnatam. inimicam Dei. constat  
hoc totum ex Bonau. ex quo potest de alijs  
simile iudicium fieri. is enim cum dixisset  
commune esse sententiam, qua ponit concep-  
tam in originali, subdit. quia sancti solum  
excipiunt Christum ab illa generalitate qua  
dicitur omnes peccauerunt in Adam: constat  
ergo quod Bonau. non aliud uult cum docet  
subiacuisse originali. quam peccasse in Adam,  
quod nos concedimus. hoc enim nihil aliud est,  
quam Adamum, dum peccauit, peccasse sibi  
et posteris suis. qui nisi preseruari, etiam in  
peccato concipiuntur et nascuntur. eo ipso illi  
contrahendo obnoxij, quod naturali modo pro-  
pagantur.

Uo uerbo ergo: antiquiores Theologi docent, in  
originali conceptam. concedo. ergo docent  
contraxine originale, eo modo quo nos, nego  
mus, et aduersarij affirmant, precise nego.  
quod intelligo, ex ui tantum huius locutionis  
sic uniuersim ab illis usurpare, nisi aliud  
expressius adiungant, quo uocabuli ambigui-  
tatem ad unum restringant. —

An



An expediat hanc controuersiam a  
solo summo Pontifice nullo aduocato  
Concilio definiri

Cap. XII.

Ut mala nomina, quae soluendo non sunt, cum  
aliud non possunt, tempus uarijs fudrationibus  
protrahunt, ut creditores eludant. Sic Aduersa-  
rij, cum undique se permi uident, nec iam  
amplius negare audent, posse hanc controuer-  
siam definiri, ut aem quam diutissime proferant,  
definiri quidem posse concedunt, sed ad hoc opus  
esse Concilium aliquod conuocare. Hoc ergo  
nunc agimus, ut hanc etiam lateham illis  
occludamus

Querimus autem, An expediat a solo Pontifice  
definiri. Nam posse tam certum est, quam  
illum esse caput Ecclesiae, et supremum om-  
nium controuersiarum Iudicem, quae in illa  
possunt suboriri. quod a deo certum est, ut nul-  
lus id iam neget, nisi manifestus hostis Eccle-  
siae et uentris. An uero id expediat ponet  
aliquis dubitare, et circa ullum fieri praesudi-

\* cum ab ecclesia nihil  
circa hoc definitum esset,  
sufficere uidebatur, quod id  
temerarius quis seque-  
retur. —  
idem dicitur infra fol.  
47. pag. 2.



cium in controuersiam uocare. Hoc ergo nunc  
querimus

Et omnino affirmandum est expedire. p.º quia  
questio hæc non est proprie de aliquo uniuersa  
li fidei dogmate stabiliendo. sed de facto par  
ticulari non enim queritur an mortale genus  
originali peccato inficiatur. sed an priuilegio  
aliquo particulari sit B. Virgo a hac Uni  
uersali lege seclusa. quæ est questio facti. om  
nes autem eiusmodi questiones in Ecclesia Dei  
a solo Pontifice ut plurimum sunt definitæ  
et aliquæ earum non nisi ab illo possunt  
definiri

+ Quod plurima fuerint definita constat p.º ex  
Canonisationibus Sanctorum, omnes enim a solo  
seruati Pontifice sine Concilio sunt celebrati.  
porro, nullus dubitat, quin Canonisatio sit  
definitio Pontificis in questione facti, nempe  
an hic uel ille in Sanctitate decegerit et  
sit in Beatorum sedes iam acceptus. definitio  
autem de Conceptione gemina est et planè



germana Canonisationi. ut enim in hac defi-  
 nitur S. Carolus (exempli gratia) in sanitate  
 uixisse et decessisse: ita in illa definitur B.  
 Virginem in sanitate conceptam: quod utrum-  
 que ad questionem facti pertinet, nec aliud fide-  
 los nunc expectant: nisi ut quemadmodum Pon-  
 tifici declarat, aliquem extremum diem clau-  
 sine nulla peccati labe maculatum, ita  
 eadem auctoritate pronunciet A. Virginem  
 nullo peccato sedata primordia sua Concep-  
 tionis habuisse. Video quid dici possit: esse  
 quidem in hoc parem rationem Canonisationis  
 nis et immaculate Conceptionis, quod utraque  
 sit in questione facti, et quod ut illa definit  
 perseverantiam in sanitate usque ad mor-  
 tem, sic ista perpetuam sanitatem a prima  
 origine: esse tamen disparitatem in hoc, quod  
 in Canonisatione controversia nulla precedit  
 inter Doctores, at de Conceptione <sup>peccata</sup>  
 et adhuc ardentissime feruet quare exponere



221  
ut in hac decernenda Concilium cogatur, quod  
in illa non expedit.

+ Hoc inquam non obstat, nam et plurimae ques-  
tiones facti à solo Pontifice decise sunt,  
cum de illis acerrimè inter plures Doctores  
esset antea disputatum, et adhuc disputa-  
retur, sic Benedictus xii. gravissimam questio-  
nem. An iustorum anima ante diem Ju-  
dicii Deum videant solus definiuit, cum res-  
cessissent de ea maxima contentiones et pro-  
cessor ipsius Joannes partem negantem ut  
privatus Doctor acerrimè defendisset.  
Similiter an Christiani Antius aliquid in hac mor-  
tali vita possident, fuit olim ante tempora  
nicolai. iv. maxime disputatum, et erant  
qui contenderent, nihil omnino unquam pos-  
sedit, neque communiter, neque sibi pro-  
prium, sed usum tantum sine ulla dominio  
earum rerum habuisse, quibus in dies opus  
habetat. Alij contra asserbant, et utrinque



acerrime pugnabatur. Joannes tamen xxii solus  
 perse sine Concilio definiuit falsum esse, ni-  
 hil unquam Christum. Unum proprium posse  
 dixit, ut videtur est apud Nestar. l. 4. de  
 Pont. c. 14 sed et ab antiquissimis temporibus  
 idem seruatum est. Anicetus enim in controu-  
 de die Paschalis, qua omnes Asia. et cetera  
 conflictabantur, consultus fuit a Pascha p.  
 ab id tantum in Urbem. tam longa peregrina-  
 tione delato, ut Pontifex. controversia fi-  
 nem imponeret, et quid eger sequendum de-  
 finiret, ut notat Baron. in mart. a. b. Januar.  
 Similiter Innocentius p. eadem de die Pasca-  
 tis controversia inter orientales exorta per  
 se hrem seclauit, quod postmodum etiam  
 fecit Leo p. us illa iterum renascente, ut tradit  
 Nestar. l. 3. de cultu Sanct. c. 13. Quam  
 autem grauis semper illa questio de die  
 Paschal. habita fuerit, testatur sollicitudo Pas-  
 tum Concilij Niceni, qui ut refert Euseb. l. 3.  
 de uita constant. post questionem de fide, contra



Arrium nihil sibi putant accuratius per-  
tractandum.

+ An non etiam controversia gravissima et inter  
Catholicos erat, qua de baptismo hereticorum  
agebatur, cum Cyrilianus et septuaginta episcopi  
cum illo initum illum censebant, et tamen  
Cornelius Romanus Papa validum definiuit?  
+ nulloque expectato Concilio, non rebaptizan-  
dos ab hereticis baptizatos pronuniaruit? De  
nigque non levis controversia fuit de bigamia,  
an contraheretur per nuptias ante baptismum?  
non putabat Hieronimus, idem Rufus, Euse-  
bius, et alij Macedonio. Necisque Episcopi  
existimabant. contra sentiebat Augustinus,  
licem perse dixit Innocentius, cuius con-  
stitutio extat cap. deinde dist. ab. decernem  
Bigamiam quoque contrahi ex matrimonio  
ante baptismum.

+ Quod vero plures questiones facti nisi a solo  
Pontifice non possint defini, constat de  
confirmationibus Conciliorum. Verum enim

Concilium



Concilium aliquod legitimum sit uel fuerit est  
 questio facti, quam definire, ad solum Pontificem  
 spectat, cuius solius est Concilia quaecumque reij-  
 cere uel approbare. Si enim ad illorum confir-  
 mationem aliud Concilium conuocare opus esset,  
 res in infinitum iret, uel (quod uolunt heretici)  
 ad unum aliquod Concilium esse deueniendum,  
 quod se ipso, et non ut à Pontifice approbatum  
 auctoritatem haberet, ad quod omnia tandem  
 reducerentur, quae in Ecclesia Christi sancienda  
 essent et declaranda, cuius tamen oppositum  
 semper in Ecclesia seruatum est et seruari debet  
 h. iuxta tectam Summi Pastoris reuocare uolu-  
 mus auctoritatem. Tot ergo definitiones in  
 causa fidei de rebus maxime inter Doctores  
 agitatae Pontifex solus edidit, quae Concilia con-  
 firmant. Ad quod caput definitiones etiam illae  
 referri possunt, quibus à uarijs Pontificibus diuersa  
 sunt Concilia reuocata. Ut de Leone 9.º constat  
 qui Concilium Ephesinum 2.º damnauit, à quo



Eurhichiana heresis fuerat approbata, ut uide-  
re est apud Euagrium lib. 6. 10. et ex ipsius  
Leonis ep. na. 19. 24. Constat ergo ex his,  
questiones facti ut plurimum solere, et aliquas  
etiam debere, nec aliter ponere, quam a solo  
Pontifice definiri. expedit ergo in illis Con-  
cilium non conuocare, quantum decet sum-  
mum Pontificem maiorum suorum lauda-  
bilem consuetudinem sequi.

† Ad idem probatur non solum ex qualitate ques-  
tionis, sed etiam ex conditione dissidentium.  
quoties enim controuersia acris est inter plu-  
res Ecclesias, et sunt utrinque Patres et Doc-  
tores omnis generis, conditionis et status dissi-  
dentes, forte expedit nihil summum Pon-  
tificem sine Concilio definire, ne si aliter  
fiat, detur causa proteruis in sua pertinacia  
persistendi, et definitionem factam calumni-  
antibus. At cum ex una parte stat totus or-  
bis, et ex alia particulari tantum generi



hominum, qui omnes plurimi cum sint, unius  
 tamen dumtaxat uicem gerunt, propter pas-  
 iudicatam sententiam, quam ex iurata con-  
 scientia in unum dogma singuli afferunt;  
 profecto nec expedit, nec decet, nec est ex dis-  
 ciplina Ecclesie, Concilium conuocare quor-  
 sum enim concutere uniuersum orbem et  
 sedes Episcoporum inquietare, cum iam scia-  
 tur unum iam omnes uelle, prater paucos.  
 nunc autem res ista ita se porrus habet:  
 dempto enim uno Dominicanorum ordine, cog-  
 non integro, cum in eo, ut iam dixi, plurimi et  
 doctissimi Immaculatam conceptionem de-  
 fenderint et defendant, totius orbis consensus  
 in aperto est. Quosum ergo Concilium tam  
 non sunt, qui contradicunt, quam tenentur qui hoc  
 efflagitant, quid ergo amplius conuocato Concilio  
 quod hoc promoueat haberetur? Adde, non solum  
 ob disceptantes internoscendos non esse Concilium  
 conuocandum, sed nec ob illorum rationes exper-



62  
scendas, ut enim explorati et ad calculum ferme  
redacti sint dissidentes; ita nota iam, et satis  
perque compertæ rationes quibus dividunt. At,  
tunc Concilium convocare expedit, cum spes ali-  
qua est novi aliquid audiendi, quod in medium  
allatum nec ante proximum causam iuult, et  
res, quæ controversatur magis illustret, quod ra-  
ne non est ut speretur in re presentis, omnia  
enim iam tuta, uulgata, decantata sunt, et  
quicquid rationum ex arenis suis depromere  
Adversarij poterunt, id totum iam pridem  
promptum et in omnibus angulis mulierculi et  
am ipsi est onculcarum. Ad quid ergo Con-  
cilium? Dicam, Ut res protrahatur et diffe-  
ratur, hoc nunc tantum uolunt cum alia  
frustra uellent. Interim enim dum delibe-  
ratur de illo cogendo, dum indigitur, dum  
cogitur, seculum sua per uestigia uertitur,  
alia Cura succedunt, et res ut erat antea in sua



ambiguitate perseverat, quod ipsi uolunt. Ergo  
 Ergo inquirunt, expedit, ut solus Pontifex id  
 perse uideat, quod Patres Concilij Tridentini  
 ausi non sunt. Resp. p.<sup>o</sup> inuidiosum uerbum  
 est illud. non sunt ausi. Notuere Patres, ue-  
 rum est, non sunt ausi. falsum est. Illud enim  
 proprie non audemus, cui uires nostras cede-  
 re iudicamus. 2.<sup>o</sup> fortasse ideo notue-  
 runt, ut Pontifex illam perse ipsum postea  
 definiret, quia erat questio facti, et sic iam di-  
 ximus. Huiusmodi soliti sunt semper Pontifices  
 nullo aduocato Concilio definire. 3.<sup>o</sup> satis  
 mentem suam Concilium declarauit, cum  
 uno uerbo fundamentum robustissimum, quo  
 omnes aduersariorum machinae nituntur, euer-  
 sit. Pronuntiando, in omnibus generalibus locu-  
 tionibus, in quibus de peccato agitur, se nullo  
 modo intellexisse B. Virginem uelle comprehende-  
 re. tacite per id uiam summo Pontifici scernere  
 ad definitionem faciendam, eo sublato quod solum



poterat Pontificis auctoritatem retardare.

+

Concludo igitur non expedire ullum hac de re  
 Concilium cogi. 1<sup>o</sup> quia est questio facti. 2<sup>o</sup> quia  
 nulla Ecclesia dividit. 3<sup>o</sup> quia non sunt  
 dissidentes. 4<sup>o</sup> quia compta ratione, dissi-  
 dentium. 5<sup>o</sup> quia Tridentinum ita loquitur,  
 ut id soli Pontifici videatur relinquere de-  
 finiendum. 6<sup>o</sup> Denique, quia qui Concilium  
 uolunt, tantum id uolunt, ut procrastinentur  
 et amplient reum, quem damnandum timent,  
 quod satis constat, quia nullis rationibus solide  
 probant, Concilium hic cogendum et expectan-  
 dum. Quod hac breui argumentatione confi-  
 cio. Vel enim est expectandum, quia sine  
 illo Pontifex non possit, et hoc est hereticum  
 uel quia non expediat, et hoc est illis probandum,  
 uel quia non soleat, et hoc falsum ostendimus.  
 uel quia periculo se exponat errandi, si sine  
 Concilio id aggrediatur. et hec ratio uel nimis  
 probat, uel nihil, et quia nimis, uel circo nihil.

\* ad hoc diximus  
 sig. fol. 42. p. 1.



nimis autem probat, quia si Pontifex sine  
 Concilio definiens periculo se exponit errandi,  
 cum semper teneatur caucere periculum, semper  
 tenebitur conuicere Concilium, quod est falsissi-  
 mum: quod si dicant, non in omni causa, sed  
 in ista dumtaxat periculum hoc imminere,  
 querimus unde id sit. gratis enim asseritur,  
 et tantum sine ulla ratione ad terrorem ineu-  
 tiendum iactatur, quod erat nobis probandum.

Sequatur ergo Pontifex in hoc tuorum Maiorum  
 consuetudinem, et quando eo his deuenit, ut sine  
 ingenti populorum perturbatione ulterius pende-  
 re non possit, ipsam clamat. Imitatus Vic-  
 torem <sup>m</sup> qui per se vitam grauissimam de Pas-  
 chis die composuit, id definiens quod sequendum  
 erat apud Euseb. <sup>m</sup> l. 5. c. 24

Imitatus Innocentium <sup>m</sup> qui rogatus ab Aphri-  
 canis Episcopis doctrinam de gratia Christi  
 necessitate, contra Pelagium definiuit, ut constat  
 ex Aug. Ep. 90. et 91.



Imitatus Siricium, qui rogatus eisdem ab Africa-  
nis Episcopis Virginitatis Excellentiam super  
nuptias, contra Torinianum, declaravit, ut con-  
stat ex eiusdem Siricii decretis. Imitatus

Cornelium Romanum Pontificem, qui circa gra-  
uissimas questione de baptisatis ab hereticis  
rebaptisandis, contra Ciprianum et alios 70

Epōs africanos pronunciauit, ut testatur Eus-  
eb. l. 7.<sup>o</sup> Imitatus Clementem Vi. qui con-

traueriam grauissimam inter Dominicanos  
et franciscanos maxime uigentem, In xpi

sanguis in triduo uerbo diuino unitu hyposta-  
tice permanserit, perse terminauit decernens,

permansisse, ut existimant siue est in aurea  
vota tra. 13. q. 31. et alij ex Dominicana fa-  
milia apud illum. Imitatus Clementem

Viii. qui perse confessionem et absolutionem  
inter absentes, sacramentalem non esse decla-  
rauit, contrarium sentientes condemnando.

Imitetur denique omnes illos sanctos Pontifices,



quis se hunc se tot insignes viros in sanctorum  
 numerum reculerunt, definientes illos in san-  
 ctitate uixisse et decessisse. quin sui etiam in  
 hoc similes se ipsum imitetur suis uestigijs insis-  
 tens. definiuit enim per se sine Concilio, Beatum  
 Carolum et B. Franciscam in sanctitate obisse.  
 definiat per se B. Virginem in sanctitate concep-  
 tam: definiuit sanctam ipsorum mortem, definiat  
 sanctam huius conceptionem: sine Concilio Canoniza-  
 uit illorum exitum, sine Concilio canonizet huius  
 exordium.

Epilogus cum adlocutione ad Aduer-  
 sarios

Cap. ultimum. XIII.

Et huc cum peruenimus, non est nobis ulterius suscepta  
 disputatio produenda, fines enim illor attingimus, quos  
 nobis prefiximus. clare enim, nisi fallor, ostendimus,  
 Conceptionem immaculatam posse definii, quia habet  
 omnia requisita in propositione definienda: quia  
 sufficientissima fundamenta ad id extant in uerbo  
 Dei scripto et tradito, quia nihil est adhuc definitum,





20  
cui definitio hec (si fieret) repugnaret quia nulla  
rationes definitionem hanc faciendam oppugnant,  
quae non magis factas iam definitiones tabescent.  
denique quia Summi Pontifices ipsi id testantur.  
Praeterea non solum ponne, sed expedire ostendimus  
ut definiatur quia uniuersus id orbis expectat,  
quia offensiones grauissime tollentur, quae subinde  
contra diuinum sentientes exoriantur: quia  
Romanae Ecclesiae dignitas postulat, ut festum  
quod ipsa celebrat, tandem uniuersaliter decreto  
celebretur

Nunc in extrema disputationis clausula si quis adhuc  
pergit aduersari, mihi breuiter est alloquendus.

Oro te, quisquis es, qui animum obfirmasti, ad Concep-  
tionem Immaculatam oppugnandam; et maculatam  
tam aere defendendam, oro te, inquam, ac rogo,  
quid huius tandem re impellit? an pietas in B.  
Virginem? an zelus ueritatis? an studium partium  
et in ea persistendi, cui semel adhaeris? h. hoc  
poterimus? et id non aduersus, prope est ut tibi  
iam gratuler. pari enim sanitatis est morbum fueni.



Si pietas in B. Virginem? quæ ordo hæc est præ  
 pottera et peruersa pietas? omnibus uiribus con  
 tendere, ut ne B. Virgo sancta semper laudatur?  
 id agere, ut aliquando fida, et maculata prædi  
 cetur? An non exhorrescunt christiane aures  
 ullam uel leuissimam in Virgine labem Virgi  
 nitatis? cur tu pietatem in Virginem, uacat ad  
 labem in illa ponere sanctitatis? cognata sunt  
 inter se hæc duo. Corporis Virginitas et animi  
 sanctitas: quia sicut Virginitas est integritas  
 corporis, ita est sanctitas integritas animi. Itaq;  
 sepius promiscue usurpantur et altera pro altera  
 nuncupatur: adeo, ut sanctitas appellaretur  
 Virginitas animi et uirginitas dicatur sanctitas  
 corporis: sed in tanta cognatione hæc inter se  
 distant, quod ubi quis non sit sanctus animo, illico  
 fornicarius sit necesse est. annus enim peccator ps. 70.  
a Deo fornicatur. at non statim ut quis uirgo non  
 est in corpore, pollutus est animo. est enim sanctum  
et immaculatum coniugium. ita deducens Virginitatem,



ut nullam offerat impunitatem. & ergo tantopere  
abhorres, o quisquis es, A Virginem negare per  
petuo in corpore Virginem; (quo tamen negato  
necesse non est fateri fornicariam); cur audes ne  
gare perpetuo Sanctam; quo negato fateri aliquan  
do a Deo fornicatam sit necesse?

Horres corruptionem Virginitatis in corpore, quo  
potest esse sine ulla impunitate mentis: non  
horres interruptionem Sanctitatis in animo, quæ  
non potest esse sine fornicatione spiritus? Times  
quod minus est, negare perpetuo Virginem; non  
times quod maius est, negare perpetuo Sanctam?  
Desiste ergo ab hac intempestiva pietate in Virgi  
nem, si tibi cordi est puritas Virginis.

At si te ducit zelus veritatis, quæ ista veritas est?  
Sacrarium inquis, literarum quantum maiestas, ls:  
ditur dum in eo, quod tam clare pronuntiant,  
deseruntur et violenti iniquitacionibus contor  
quentur. Et hoc est, quod te movet: quæ te  
interior atque interior, parca Catholicorum Castri

ad peccatum quodlibet  
averrens a Deo, est  
fornicatio mentis. Aug  
l. 1. ib. de ser. D. in  
mon. orig. tr. n. in  
Mau: Idem Aug.  
n. conf. c. 6. Alij  
M. 72.



in qua tam ingentem aditum apertis turmis hosti-  
 libus hereticorum: quid enim aliud illi nobis  
 obijciunt, quam tu Catholicis et uentaris propa-  
 gnator obijcis? oppugnant illi B. Virginis San-  
 ctam Natiuitatem, perpetuam Virginitatem, glo-  
 riosam Assumptionem, a peccato quolibet etiam  
 leuissimo preservationem, et denique exaltantur  
 immaculatam Conceptionem. Tu solus ex his hanc  
 ultimam non execras, sed oppugnas. cetera ut  
 Catholicus cum Catholicis obseruas, et colis. Rogo  
 ego te, quibus alijs armis utuntur ipsi, quam  
 qua tu moues et concutis? exempli gratia. Conuen-  
 dunt illi, peccatum aliquod commisisse Virginem:  
 concedis tu, contraxisse. si rationes tuae aliquid  
 ualent, an non multo ualidius probant illi, com-  
 misisse, quam tu, contraxisse? si negas, age: pro-  
 fer Maiestatem scripturarum, quibus consultum  
 uis in hoc tuo dogmate asserendo. Dices, omnes  
inclusi sunt sub peccato, et illi excipient, non est  
homo qui non peccet. Dices, sumus omnes filij irae



et illi ingerent. Si dixerimus quoniam peccatum  
non habemus, nos seducimus. Dices. furme libe-  
ratam a xpo. ergo a peccato. Dicent illi, fuisse  
reprehensam a Christo. Ergo propter peccatum,  
quod uidentur asserere Chrysost. ad illud Jo. 8.  
quid mihi et tibi est mulier. Deiph. Curim. et  
quorum ipsi testimonio ad hoc utuntur: si re-  
ergo. Marestras Sacrarum haeriarum et illarum  
uentas mouet, defende nobiscum Conceptionem  
immaculatam, alioquin si contendis illam a nobis  
uiolari in Conceptione asserenda, concedat illis  
oportet iam prudem uiolatam in Preseruatione  
a uenialibus defendenda. Denique, ut possis  
contra hereticos tuen. natam Sanctam, defende  
Conceptam, ut a uenialibus preseruatam defende  
ab originali custoditam, ut tuearis in ea perpe-  
tuan et nusquam corruptam Virginitatem, de-  
fende et religioso cultu uenerare nusquam  
interruptam, et perpetuam Sanctitatem.



Appendix

Catalogus Auctorum per quos de  
Uniuerſa hac controuerſia poterit  
qui plura uolet plenius edoceri

S. Patres pro Immaculata Conceptione quorum  
teſtimonia expendunt recentiores qui ſubſciantur  
et p<sup>o</sup>. Graeci

Sophronius Patriarca Hieroſolimitanus in vi Synodo  
act ij et iij.

Damaſcenus Ser. i. de natiu.

Ireneus l. 3. c. 23.

Andreas Apſtus apud preſbiteros Achaia et apud Aſiſte  
am lib. 4. de quo Henric. Vaſq. ſuar. ubi infra  
Civill. hom. 6. in conc. eps. c. 6.

Jacobus in ſidurg. apud vi. Synodum can. 130.

Ancheas Caeten. Ser. de Annumpt.

Eutim. ser. de Zona Virginis.

Theodor. 3. in Cant.

Negor. Neceſar. in expoſ. ſalut. is angelica

Crispius Hiero<sup>nimus</sup> preſbiter in ser. de S. Mana



Hypolit. orat. de sanctif.

Grichius conc. r. de B. Virgine tom. 7. Bibl. ca.

Patres Concilij Constantinopolitani Vi. de quibus

Petr. Crespetius qui infra

Tharadius Patriarca Constantinop. de quo in eodem

Concilio apud eundem

Theodor. Hieros. Patriarca ibidem

Patres Latini

Augustinus de nã et gratia c. 26. r. de nupt. c. 7.  
s. contra Julian. c. 15.

Hieron. ps. 77.

Cyprian. siue quis auctor de Nativ.

Idiota l. Contempl. c. r. 6. to. 13. Bibl. ca.

Ambros. ser. 22. ps. 118.

Isidorphorus de perpetua Virginitate Mar. to. 9. Bibl. ca.  
Sedulius car. pasch. l. r.

Avatus lib. 1. in acta initio

Ansel. c. or. de Concept. c. 9. de excell. Virg.

Aruno ps. 101

Ricard. Vicov. r. de Eman. c. ult. et ser. de Concept.



Petr. Damian: ser. 7. de natiu: et ser. de Assumpt.

Gulbertus Carnocen,

Laurent. Justin<sup>us</sup> ser. de annunci. et de iusto con  
nub. uerb. et an: c. 7. lib. de grad. perfect. c. 1.

Quorum omnium tam latinorum quam grecorum  
testimonia qua afferuntur ostendunt A. Virgi  
nem caruine semper omni peccato

Summi Pontifices qui hanc opinionem  
licet non desinuerint, tamen tenuerunt ad illam  
alios hortantes et allicientes

Sixtus IV. in extrau: cum pre excelsa. et Grauenimis.

Alexander VI. Julius II. Leo X: in approbatione Mo  
nialium sub titulo Immaculate Conceptionis. In  
quorum reg<sup>o</sup> c. n. Idem Julius habet. Eiusdem  
genitricis Dei Immaculatam Conceptionem ue  
nerantes

Pius V. qui concessit Minoribus puercam officium  
cum Indulgentijs in quo panim predicatur Conceptio  
Immaculata, et preseruatio ab originali. Et alij  
alij de quibus Cordub. suar. Vazq. qui infra



2.  
P. Doctores qui pro Immaculata Conceptione  
scripserunt. et p<sup>o</sup> ex Dominicana familia  
P<sup>s</sup> potest recenseri D. Thomas qui aliquando etiam  
id docuisse à multis existimatur, nimirum à se  
raphino de Annon. in parad. anima B. de quo  
infra. P. Henric. et alijs. et constat ex opuse  
eiusd. D. Thomae super ave Maria. et in p<sup>o</sup> d. 17.  
a. 4. et d. 44. in lit. et q. unic. a. 3. ad 3.  
ubi habet expresse B. Virginem immunem ab  
omni peccato originali et actuali fuisse et ad  
B. 3. ser. 6. in antiqua impress. excepta B.  
Virgine quae omnino à peccato immunis fuit  
originali et actuali. de quo praeter Henr. in  
sum. de fine hominis. c. 10. etiam Spinel. c. 2. de  
B. Virg. fuisse.

B. Vincentius Ferrer. ser. p<sup>o</sup> et 2. de nativ. apud  
Henr. Spinel. et suar.

Henricus cuius comentaria putantur quae nomine  
Anselmi in Paulum feruntur in illud a. ad cor.  
1. si unus pro omnibus



Viguerus c. in §. 5.

Cartheinus opus de Concept. et l. 4. contra Caiet.

Jo. de Senario Paris. Doctor ordinis Magister  
de quo Carthein. et Vasq.

Alanus Rupensis Sermanus in Cant. ad Manam  
accommodata de quo Franciscus Sabata et eius  
dem. Auctoris meminit Sixtus Senen.

Ex Carmelitana familia

Joannes Naconis in 4. d. n. q. 4. a. n. qui a multis  
refertur sicut dubitet Vasq.

Thomas Neusamis c. n. arm. Euxong.

Agrippa Mantuan. in car. de Concept.

Ex franciscana familia

Ante scotum Alexander Alensis diu in contraria  
sententia morti proximus illam reuocauit et

tradunt Carthusianus Maivom in a. d. 3. Adlit

Seraphinus de Nonon. ad id miraculo compulsus

nam cum uellet aliquando ex superiore loco contra







Cæselm: Joannis in serm: de Concep: et in serm: de Concep:  
 Robert de Lris in serm: de Concep: et in serm: de Concep:  
 Bushus in Mariak: in serm: de Concep: et in serm: de Concep:  
 Adam in ad Rom: in homily: et in serm: de Concep:  
 Livan: et ex eo Antonius Bitun:

Antonius Sueuara postea Epus in suo Monreca:  
 Cornel: Episcop: Bitun: in homily: et in Epistola  
 Romanor

Didacus Stella in lucam

Petrus Vega in 7 ps. hispanice

Didacus Vega in eodem latine

Jeuardenius in Tren: l. 3. c. 13.

Ex Carthusians

Dionis. l. 3. d. 3. et in opus de Concep: citatur

Solusphus in vita Christi p. 2. c. 1.

Ex Celestina familia

Hæc tota Conceptioni immaculatae addicta est qua

de re uide P. Spinet ubi de festo Concep: scrip:

tere autem pro illa

Petr. Crispe in Sum. Ereticor: et Maria: uirgino



Dionis. fabr. in car. de Concep.  
Claud. Rapinas ser. de eadem  
Anton. Poquetus in pecul. tract.  
~~Luc.~~ Petrus Aardus: de quibusd. rem Crispet.  
loco cit:

Canonici Regulares  
Seraphinus a Bonon. in parad. animo. Italice ubi  
de Concep.  
August. Eugub.

Canonici S. Georgij in Alga  
Philippus Stancarus in Epist. ad Hier. Caballum  
ante opera B. Laurentij Just<sup>ini</sup>  
Hierony. Caball. Propositus ordinis  
Tota familia quae auctorem suum sequitur B.  
Laurentium

Hieronimiani  
Hector Pint. c. 43. Ezech. fuisse ubi adducit hec  
uerba Ambrosij. hec est uirga in qua nec noui  
originalis nec coitex uenialis culpa fuit



Ex Censuris Regularibus idest Teatini

P. Sibertus in Cens. Det. Italica

Thuler. in Cant.

Ex Societate Ieru

De hac Vasq. disp. iij. c. n. in B. par. cum dicitur  
hoc tempore omnes qui Christiani nominis fidem  
proficientur in hanc sententiam conspirant profer  
Dominicanor. subdit, quo circa et hoc nota So-  
cietas tam uerbo quam scripto ubique temperq.  
ita tenet et docuit et p<sup>o</sup>.

P. Cantorius Manual. l. i. c. 16

Bellarmin. de Sanct. c. 16. l. 3.

Salme. to. 13. trac. 13

Azor. lib. 4. c. 133. q. ultima

Valent. 13. p. fusissimè, et in opus. de peccato origi-  
ne

Suar. 13. p. q. ad. a. n. sect. 5.

Vasq. ibidem disp. iij. duodecim cap. distincta

Martinus Deslio in Cant. sepius proseritur c. n.  
sect. 4.

Idem in disquis. mag. l. 4. c. 1. q. 3. sect. 4.



Barrad: to: i. l. 6. c. 13.

Benedictus Justinus in ep. ad hebreos c. n. u. b. n. 13.

Maldonatus Matt. c. 9. u. 13.

Martinus Petar: to: n. opus Theol. ubi de peccato  
originali

Spinellus de B. Virg. c. 5.

Franciscus Labar. Locorum com: tom: i. u. Maria  
propor: 13. ubi adducit et expandit plures ex pa-  
tibus supra citatis

Idem in 2. tom: apparatus. u. Maria: propor: 17  
ubi citat etiam ad hoc testimonium ex infideli-  
bus et Mahometanis ut salutem capiamus ex  
inimicis nostris

Joannes Lorinus ps. 98. u. 7.

Vincentius Regius in concord. Euang. <sup>ead</sup>

Julius Mallarinus in ps. 50 ad illud quoniam  
in iniquitatibus p.

S<sup>r</sup>. Auctores qui de revelationibus huius  
immaculate Conceptionis agunt

Bonaventura in 3. d. 13. p. p. q. i. ad 13.



- officium huius festi a Sixto approbatur in no-  
 eurnis per octauam die 4. et 5.  
 Franciscus Vanner in compend. uirorum Illustrium  
 Sancti Benedicti  
 Petrus de Natalibus l. i. c. 41.  
 Arnoldus Vion: lib. 5. ligni uitae c. 3.  
 Jacob. de Vorag. in festo Concept.  
 Cornel. Scalring. to. 1. bibl. Eccle. in festo Concep.  
 Vasq. disp. 115. cit. c. 6.  
 Bellar. l. i. de sanct. c. 16. ad. 6.  
 Claud. Nota. ordinis Pauci. c. 108. de uitis sancto-  
 delrio: suar. Henr. Cordub. Spinell. loco cita-  
 Baron: to. 10. an. 1108. 6.  
 S. Brigid. Reuel. l. i. c. 9. l. 6. c. 49. et 55.  
 S. Doctores Promiscui ex uarijs Acade-  
 mijs pro Immaculata Conceptione  
 Jodocus Clitov: l. de pur. Virg. et incir. l. 6. c. 15.  
 Lipoman: cat. in Sen. c. 15.  
 Driedo l. 3. eccles. dog. to. 1. c. 4. p. p. ad finem  
 Rossens disp. 1. et 2. in. luterum







cons. d. 13. et c. si quis autem de pgn. d. 7 n. 74  
 ubi dicit se firmè credere Virginem matrem  
 à sate etiam originali omnino immunem licet  
 possit consulere ut qui aliud sentit in sua opinione  
 perseveret

Coar. c. alma n. p. s. s. n. a.

Joannes Montal viri prompt. clui. et hum. Junis u.  
 Maria

Arnald. Alber. de prop. q. 17 p. 2. impress.

Cardinalis Zabarella defen. c. conquestus.

Joannes Thiren in ant. marginal. ad eund.

Zabarelli glos. in extra. v. unig. et d. 3.

de consecrat. apud eund. Theri.

Panormitanus. cap. conquestus. in 2.º de  
 creat. de feriis.

Tolosan. l. 2. part. Juris canonici. tit. 19. l. f.









Clencus Caputun huius disput<sup>nis</sup>.

Sententia eorum quineq ant, Sac posse de  
finiri, et summa argumentorum ca  
pita, quibus nititur. Cap. 1. pag. 1. B.

Oposita sententia que affirmat, et precipua  
rationes quibus eius Auctores ad id addu  
cuntur. Cap. 2. pag. 2. A.

Quot, et que requirantur, ut aliquid possit  
de fide ab Ecclesia definiri. cap. 3. pag. 5.

Questionem de Conceptione immaculata,  
pertinere ad fidem, quod est primum re  
quisitum in controversia ab Ecclesia  
definienda. cap. 4. pag. 10. A.

Questionem sane non ita esse terminatam,  
quin possit ulterius ab Ecclesia defi  
niri. cap. 5. pag. 12. A.

An sint in doctrina revelata sufficientia  
fundamenta pro immaculata Concep  
tione definienda. cap. 6. pag. 18. A.

An propter reverentiam Doctorum opo  
situm sententiarum, sit ab Sac defini  
ne desistendum. Cap. 7. pag. 26. A.

Autores qui pro maculata Conceptione  
adducuntur, longe pauciores esse quam  
quot adversarii gloriose iactant.  
cap. 8. pag. 32. A.

Longe plures sunt ex Patribus, quam  
ex scolasticis, pro immaculata Concep





esse quam contra illam. cap. 9. pag. 73.  
Improbabilitas oppositae opinionis ostenditur, ex multis capitibus. et primo ex sermionibus in quos illius Auctores, ut illam defenderent impegerunt. cap. 10. pag. 82. A.

Ciusdem opinionis improbabilitas ostenditur, ex defectu fundamentorum quibus sacrum nitetur. Cap. 11. pag. 107. B.

An expediat hanc controversiam, a solo Summo Pontifice, nullo ad vocato Concilio definiri. cap. 12. pag. 114. A.  
Epilogus cum ad locutione ad adversarios. Cap. 13. pag. 121. A.

Appendix Catalogus Auctorum, per quos de universa hac controversia poterit qui plura volet, plenius edoceri. pag. 124. A.

































































B. U. G.

No. Caja  
C-45